J.III.29

Mixto.

W. Faithorne pinx.
A. de Bloys Sculp.
JOANNES RAJUS
Societatis Regiæ Socius,
Natus Notleiæ in Comitatu Essexiensi Anno Æræ
Christianæ MDCXXVII.

JOANNIS RAJI

Societatis Regiæ Socii,

METHODUS PLANTARUM

EMENDATA ET AUCTA.

In quâ

Notæ maxime Characteristicæ exhibentur, quibus Stirpium Genera tum summa, tum infima cognoscuntur & à se mutuo dignoscuntur,

Eremi Cam. Monis Regij ad Varsaviam

Non necessariis omissis.

Accedit

METHODUS

GRAMINUM, JUNCORUM

ET

CYPERORUM

Specialis.

EODEM AUCTORE.

LONDINI,

Impensis *Samuelis Smith* & *Benjamini Walford* Typographorum Regiæ Societatis, ad insignia Principis in Cœmeterio D. Pauli. MDCCIII.

Et veneunt

Amstelædami apud *Janssonio-Waasbergios.*

Celeberrimo Viro

D. PETRO HOTTON

AMSTELODAMENSI,

Societatis Regiæ Socio, & Medicinæ ac Botanices in Academiâ Lugduno-Batavâ Doctori & Professori eximio.

S. D.

JOANNES RAJUS.

Post tot Doctrinæ Herbariæ Methodos, Amice plurimum honorande, à præstantissimis hujus seculi Botanicis D. Roberto Morison, D. Paulo Hermanno, D. Augusto Quirino Rivino & D. Josepho Pitton Tournefortio *non ita pridem editas, superfluum fortasse, ne dicam temerarium videri posset*

nostram, anno superioris seculi octogesimo secundo in lucem emissam, & à tot Botanices proceribus rejectam ac velut explosam studiosis iterum obtrudere. Verum ad examen revocatis, diligenter collatis & æquâ lance cum nostrâ libratis aliorum Methodis, non præter rationem hoc à me factum existimo: Siquidem hæc nostra Naturæ magis consentanea videatur, ut quæ vitio illo aliena consociandi & cognata separandi minus laboret. Quâ in sententiâ magnopere confirmor, cum Te quoque, Botanicorum nulli secundum, acerrimi judicii virum, quique Syntaxeos Herbariæ varias vias tentasti atque inivisti ipse, suffragatorem habeam. Atque idcirco eam mendis repurgatam & auctam,

quibus-

quibusdam in locis etiam reformatam denuo emittere tuoque patrocinio commendare decrevi, ut tanto nomini inscripta adversus minus æquas nobis adversantium censuras munita sit eorumque opinionibus, qui aliquam utilitatem ex eâ percipere possent, concilietur. At non tantum ut huic opusculo patronum parem, illud tibi dedico, sed ut pro singulari benevolentiâ & affectu, quo immerentem complexus es, diuturnum aliquod exstet gratitudinis meæ monumentum, & ut publice declarem quanto mihi honori ducam, aliquem inter amicos tuos locum invenisse, quos apud varias gentes magno numero virtus tua tibi conjunxit, sive litterarum studiis sive ortu aut dignitate insignes, quamque

ego lubenti & prono animo in iis, qui te diligunt & honorant, nomen meum profitear.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Methodo huic Stirpium, quam emendatam voco, nonnulla, quæ ut Lector sciat nostrâ interesse putavi, præmittenda duxi.

1. Quid me initio impulerit, ut materiam hanc tractarem, Stirpesque in ordinem & methodum digerere conarer.

2. Quousque hactenus progressus sim.

3. Cur novam hanc Methodi meæ editionem instituerim.

Quod ad Primum attinet, Anno 1667. Reverendissimus vir, & Amicus noster æternùm honorandus *D. Ioannes Wilkins*, Episcopus Cestriensis, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, ut ad *Tabulas Philosophicas* pro *Charactere Universali* (cujus specimen tum parturibat) complendas, *Arbores* & *Herbas* in Methodum aliquam redigerem à me efflagitabat; in qua tamen mihi liberum non erat Naturæ ordinem sequi, verùm utrumque genus in tria tantùm subordinata (nec enim plura, nec pauciora instituti ratio patiebatur) distribuere coactus sum. Utcunque, Tanto Viro, Tanto Amico nihil quicquam quod à me requirebat denegare ausus, tumultuario opere & ferè ex tempore id præstiti.

Hac re graviter offensus *D. Robertus Morisonus Aberdonensis Scotus*, M. D. veritus fortasse nè quid inde famæ suæ & auctoritati, quam non mediocrem inter Botanicos, nec

immerito, ſibi comparaverat, editis ſpeciminibus Methodi illius, quam ſe non è libris hauſiſſe, ſed à naturâ ipsâ edoctum fuisſe gloriabatur, decederet; meque in meſſem ſuam falcem immittere auſum ægrè ferens, Tabulas illas, tacito Autoris nomine, indignis modis laceravit. Ego quamvis Methodum illam reprehenſioni obnoxiam, nec tantum imperfectam, ſed in multis erroneam & vitioſam fuiſſe agnoſcerem; cùm tamen viderem me ab homine αὐθάδεα ſuique pleno, nè quid durius dicam, aut manes ejus inquietem, contemptum & ludibrio planè habitum, ut exiſtimationi meæ aliquatenus conſulerem, tentare ſtatui quid liber & naturæ ductum ſequens, in Plantis digerendis & Methodo inſtituendâ poſſem; tandemque re diu multumque (ut * alibi dixi) perpensâ, ex noſtris aliorumque obſervationibus inter ſe collatis diſtributionem illam exſculpſi, quam poſtea Titulo *Methodi Plantarum Novæ* Anno octogeſimo ſecundo elapſi ſeculi evulgavi: Quam à perfectione, non dico abſolutâ, ſed qualem patitur natura rei, longè abſuturam prævidi, (quod & contigit) ob rationes in præfatione ad opuſculum illud allatas. Nimirum, quod res illa unius hominis non eſſet aut ætatis. Deinde, quòd ego ad eam perficiendam nec ingenio ſatis valerem, nec idoneis adminiculis inſtructus eſſem,

* *Præfatione ad Methodum.*

essem, ut qui ruri degerem Londino & Oxonio procul, ubi nec Bibliotheca Botanica, quam in re dubiâ consulerem, in propinquo esset, nec Hortus Medicus, quem Plantas nondum satis exploratas inspecturus adirem; cuique ad stirpes exquirendas, coemendas, colendas nec otium, nec facultates suppeterent, unde conjecturas probabiles sequi non rarò coactus fueram, quodque suspicarer potius, quàm quod compertum haberem.

Sequitur proximo in loco ut ostendam, quousque in Methodo meâ emendandâ aut defendendâ progressus sum. Quadriennio post Methodum illam evulgatam *Historiam Plantarum generalem* in lucem emisi, in qua Herbas secundùm illam in paucis immutatam disposui: Verùm cùm ad Arbores ventum esset, animadvertens *Palmas* à reliquis Arboribus eodem ferè modo differre, quo *Gramina* & *Graminifolias* ab aliis Herbis; totoque habitu & facie externâ, partium texturâ & germinandi modo inter se convenire & ab aliis Arboribus distare, ab iis separandas, & ad suum & proprium genus omnes referendas esse agnovi, quantumvis Fructu in aliis sicco, in aliis humido, differrent, proindeque ad diversa genera *Pruniferarum* scilicet & *Nuciferarum* in Methodo illâ distraherentur. Præterea cùm Florum situm Fructûs respectu magni momenti esse cernerem ad

Arbo-

Arbores distinguendas, cujus nulla ratio in Methodo illa habebatur, novam & Naturæ magis conformem, quàm in opusculo illo sectatus eram, Methodum investigandam eique substituendam censui, quod pro modulo meo in dictâ Historiâ præstiti.

Postea Anno 1690 Clarissimus Vir *D. Augustus Quirinus Rivinus*, Physiologiæ in Academia Lipsiensi Professor novam Stirpium Methodum secundùm Florum differentias, tum petalorum numeri respectu, tum figuræ Regularis aut Iregularis publicavit. De quo opere quid sentirem literis humanissimis ab ipso *D. Rivino* rogatus, in præfatione ad *Stirpium Europæarum, extra Britannias* nascentium *Syllogen* aperui, & rationes, ob quas minùs probanda aut nostræ præferenda videbatur, adjeci *D. Rivinus* non ità multò post in *Epistolâ* ad me datâ sua defendit, & ab objectionibus nostris vindicat. Cui dum responsum paro, ad manus meas venere *D. Iosephi Pitton Tournefort* M. D. Parisiensis & Botanices Professoris *Elementa*, quæ vocat, *Botanica*, Gallico sermone scripta, in quibus generum Notas Characteristicas à Floris formâ seu Structura se sumere profitetur; primariâ tamen divisione Herbas in *Monopetalas* & *Polypetalas* distinguit. In hoc opere me sæpius nominatum, totiesque ferè notatum & reprehensum inveni.

Hæc

Hæc me ad Methodi in genere Originem, Naturam & Usum curiosiùs rimandum & penitius introspiciendum impulerunt & ad nostram in specie cum aliorum Methodis diligentiùs conferendam, ut quæ cui anteferenda esset clariùs discernere, & certiùs judicare possem.

Omnibus tandem ritè pensitatis inveni, ab una parte quâcunque, sive Flos ea sit, sive Fructus, non posse Plantas omnes in Genera seu Classes dividi, ità ut nulla vis Naturæ inferatur, hoc est, ut quæ manifestè cognatæ sunt non separentur, nec quæ alienæ consocientur. Unde nec Methodus *Riviniana*, quæ à Petalorum in Flore numero, ejusve Regularitate aut Irregularitate; nec *Tournefortiana*, quæ à Floris Structurâ seu formâ diversâ generum differentias sumit; neque, quam in Vasculiferarum Stirpium distributione sectatur *D. Hermannus* à Vasculi seminalis simplicitate & divisione in cellas seu loculamenta, bina, terna, quaterna, sena petita, nobis satisfaciunt.

I. Nam primò Methodus *Riviniana* Herbas *Bulbosas iisque affines* nobis dictas, quas nemo, nisi qui ὑποθέσει δεκάδι, non agnosceret congeneres esse, ad diversa genera distrahit. Aliæ etenim earum Florem obtinent regularem, aliæ irregularem; aliæ itidem monopetalon, aliæ polypetalon. Nec *Bulbosarum* tantùm,

tùm, ſed & aliorum etiam generum ſpecies vel petalorum in Flore numero, vel Floris regularitate & irregularitate differunt. Sic *Pentaphylli* pleræque ſpecies Flore ſunt pentapetalo, nonnullæ tamen tetrapetalo, ut Pentaphyllum minus viride flore aureo, radiculas in terram è geniculis demittens *Moris. Hiſt.* Quin & *Tormentilla* ejuſdem familiæ planta Flore eſt tetrapetalo. *Herbæ Paris* alia ſpecies Flore eſt tetrapetalo, alia tripetalo. *Aſperifoliæ* dictæ Plantæ Flore ſunt regulari præter *Echium*, cui Flos irregularis. E *Tetrapetalis Silicutoſis*, quæ omnes ejuſdem manifeſtè generis ſunt, *Thlaſpi Creticum* eique cognatæ ſpecies Flore ſunt Irregulari, cùm reliquæ regulari donentur.

II. Methodus *Tournefortiana* cum Herbis *Bulboſis* nullo modo conciliari poteſt. Quid enim facit numerus cellularum, in quas Fructus dividitur, ad Floris ſtructuram, niſi Fructum Floris partem eſſe ſtatuas. At *D. Tournefort* * Florem Fructui contradiſtinguit, Fructumque & Florem partes Plantæ eſſentiales facit. Verùm ſecundum ejus doctrinam Fructus Floris revera pars eſt, nimirum vel *Calix* Floris, vel *Piſtillus* ejuſdem. In genere namque affirmat vel *Calicem* vel *Piſtillum* in Fructum abire. At non in aliud abeunt, quàm quod antè fuerant, cum Fructus ab initio

* *Elem. Bot.* Pag. 41.

initio perfectè formatus ſit, poſtea duntaxat magnitudine augeatur, & in Embryo Fructus partes omnes diſcerni poſſunt, etiam antequam Flos explicatur. Deinde non placent arbitrariæ Claſſes, ad quas Herbas diverſorum generum id eſt diverſarum formarum Floribus inſtructas refert; quales ſunt Prima, Secunda & Tertia Claſſis *Elem. Bot.* Arbitrarias voco has Claſſes, quòd pro arbitrio, & quia ità ipſi viſum eſt, tria ad earum quamlibet diverſi Characteris Herbarum genera refert; cùm æquo jure, ſi ei collibuiſſet, vel duo vel etiam quatuor referre potuiſſet. Fortè hoc ei commodum videbatur ad æquandum in unaquaque Claſſe ſpecierum numerum Quòd ſi hoc *D. Tournefort* liceat, cur non & cuivis Botanico? unde tot Methodi erunt quot Doctores. Tandem generum differentiæ a Structura Floris ſumptæ non poſſunt non eſſe incertæ & obſcuræ, cùm de ſimilitudine Florum vix duo convenient: Quin, ſi demus ſimilitudinem inter aliquos dari, quousque extendenda ſit hæc ſimilitudo in conſtituendis generibus & ubi limes inter diverſæ formæ Flores ut, verbi gratiâ, inter *Caryophylleos* & *Roſaceos* & inter utrosvis horum & *Tetrapetalos* Siliquoſarum ſit ſtatuendus, quis quæſo determinabit?

III. Quod ad *D. Hermanni* Methodum attinet, ea minimè admittenda videtur, cùm pluri-

plurimæ ejusdem generis ſpecies cellularum, in quas Fructus dividitur, numero inter ſe differant. Sic Aſcyroides *Alpini*, & Hypericon montis Olympi *Wheeleri*, quæ à Botanicis *Hyperici* ſpecies cenſentur, Fructu ſunt quinque-capſulari, cùm reliqua Hypericorum caterva tricapſularis ſit. Sic *Ciſti* ſpecies aliæ Fructum obtinent in novem aut decem, aliæ in quinque, aliæ, ſi *Chamæciſtum* iis annumeres, in tres cellas diviſum. Sic *Convolvuli* ſpecies pleræque Fructum proferunt tricapſularem, una vel altera monoſpermum. E *Campanulis* etiam, quarum pleræque tricapſulares ſunt, nonnullæ ut *Viola Mariana* dicta, quinque-capſulares inveniuntur. Inter Herbas *Papilionaceas*, quæ ſimplici plerumque ſunt alveolo, non paucæ duplici obſervantur. E *Tetrapetalis* etiam *Siliquoſis* aliæ ſiliquâ ſunt ſimplici, unicâ intus cavitate, aliæ membranâ intergerinâ in duas cellas diviſæ. *Nec minorem varietatem* (verba ſunt *D. Sherardi* ex ſententiâ *D. Hermanni* prolata in præfatione ad Paradiſum ejus Batavum) *in Fumariæ ſpeciebus obſervare licet; quarum nonnullæ ſunt ſiliculoſæ, aliæ ſiliquoſæ*, & Fumaria Africana veſicaria ſcandens *ſemper ſemina inflatis veſiculis incluſa producit; quam tamen Hortulanorum vulgus primo intuitu pro verâ Fumariæ ſpecie acciperet, nec ab ejusdem familiæ plantis ſejungeret.* Et paulo poſt. *His aſſiduè*

animo

animo revolutis, & crescendi modum & totius plantæ habitum *reliquumque accidentium apparatum, non tantum ad species subalternas, sed etiam ad genera constituenda necessariò accersi debere sibi persuasissimum habuit.* Quæ nostra est sententia in Dissertatione de Methodis & alibi tradita.

Superest ultimo in loco ut exponam, cur novam hanc Methodi editionem instituerim. Sciat ergò Benevolus Lector me, ut id facerem, duabus præcipue rationibus permotum fuisse.

Primò, Quòd Methodum illam, quâ in Historiâ Plantarum in Stirpibus disponendis usus sum, suis etiam defectibus & vitiis laborare tum ipse animadverti, tum ab aliis admonitus sum. Virum autem ingenuum & φιλαλήθη errorem semel agnitum celare aut dissimulare non decet, sed, ut veritati litet, cum propriæ etiam existimationis detrimento aperire & emendare: quod in hoc opusculo feci, ut Methodum, cujus me nondum pœnitet, quàm possum accuratam & erroribus repurgatam studiosorum usibus accommodarem.

Secundò, Quòd nonnullos, qui Notas Generum Characteristicas è Methodo & Historiâ nostra hauserunt, in iis describendis persæpe errasse, & Notas quasdam è præcipuis omisisse deprehenderim; quòd scilicet non satis attenti essent & diligentes in Tabularum ductu & divisionibus sequendis.

PRAECOGNITU NECESSARIA
De
METHODO PLANTARUM
IN GENERE.

Definitio perfecta conficitur è Genere proximo & Differentia essentiali: At essentiæ rerum nobis incognitæ sunt, proinde & Differentiæ earum essentiales. Verum cum ex eadem essentiâ eædem qualitates, operationes, aliaque accidentia fluant, non alia certior convenientiæ essentialis seu genericæ nota esse potest, quàm plura habere attributa communia, seu plures partes & accidentia similia, vel totam faciem, habitum, & texturam eandem. Proprium enim accidens, quod soli alicui generi omnibusque sub illo contentis speciebus conveniat, quod pro differentiâ essentiali, ubi desideratur, adhibendum statuunt Dialectici, paucissimis conceditur; nec quænam illa sint quibus conceditur nobis investigare facile, nè dicam impossibile est. Quocirca Plantas, quæ plures partes & accidentia similia habent, totove habitu & texturâ conveniunt, quamvis Floris figurâ, ejusve petalorum numero, semine nudo vel vasculo incluso, cellularum, in quas dividitur ejusmodi vasculum, numero, aliove quocunque accidente differant, ad idem genus reducere non vereor. Sic verbi gratia *Cerinthen* ad *Asperifolias* refero, quamvis pro quatuor seminibus discretis duo vascula habeat in totidem cellulas, quarum singulis unicum inest semen, divisa. Sic *Cachryn* & *Pastinacam marinam* Herbis *Umbelliferis* annumero, quamvis Fructus earum vasculum seminale cum semine intus contento potiùs esse videatur, quàm semen nudum; præter aliarum Umbelliferarum normam.

Cæterùm memoriæ & doctrinæ causâ pro tesserâ seu Charactere

Charactere generico una aliqua proprietas seu nota omnibus jam cognitis speciebus communis & solis propria, ubi haberi potest, sumenda est. Nota illa à Flore vel Fructu in plantis, quæ has partes habent, commodissimè accipitur, quia partes hæ minùs plerumque variant in eodem genere quam reliquæ, suntque ob colorem, figuram, aliaque accidentia insignes, conspicuæ & facilè observabiles. Si qua tamen in posterum occurrat planta, quæ in aliis partibus & accidentibus cum reliquis alicujus generis speciebus conveniat, solâ hâc notâ, quam pro Characteristicâ assumpsimus, careat; hoc non obstante, ad id genus referendam esse, quocum plura attributa communia habet, statuimus.

In *Epistolâ ad D. Rivinum* & *Dissertatione* de *variis Plantarum Methodis* in iis generibus in quibus proprietas ejusmodi insignis, omnibus sub illorum quocunque contentis speciebus communis, & solis propria desideratur, pro Characteristicâ sumendum esse statui complexum plurium attributorum communium, quæ omnia simul omnibus sub illis generibus contentis speciebus, nec ullis præterea aliis convenirent. Cùm verò considero quàm non dico difficile sed impossibile sit certum hujusmodi accidentium numerum assignare; nisi quis omnes per totum terrarum orbem nascentes stirpium species noverit, (Quomodo enim certus esse poterit in iis, quæ adhuc inobservatæ latitant, non inveniri aliquam, quæ toto habitu reliquisque notis cum specie quadam ex descriptis conveniat, unâ tamen vel alterâ notâ è Characteristicis assignatis careat?) Cum, inquam, hoc ita sit, sufficere censeo ut omnia assignata attributa plerisque alicujus generis speciebus conveniant, pleraque autem omnibus, nec excludendam esse speciem quamlibet à comunione seu participatione alicujus generis, quòd unâ vel alterâ Notâ, ex iis quæ Characteristi-

cam istius generis complent, destituatur. Sic si pro *Convolvuli* Charactere has Notas adhibeam, *Caulibus scandere, lactescere, Florem campanulatum habere, vasculum seminale in terna loculamenta divisum cum duobus in singulis seminibus*; *Convolvulum* voco cui pleræque ex his notis conveniant, quamvis unâ aliqua desit; ut *Dorycnium Creticum Alpini* ad *Convolvulum* refero ob convenientiam in reliquis notis, quamvis erectum sit, nec caulibus scandat: item *Convolvulum ramosum foliis Pilosellæ C. B.* quamvis semina in singulis capsulis singula duntaxat habeat. Sic *Leucoium luteum utriculato semine Alpini* ad *Tetrapetalarum Siliculosarum* genus reduco, non obstante quòd Flos ejus pentapetalos sit, cùm reliquas istius generis notas obtineat. Sic *Thlaspi Alysson* dictum campestre ad eandem classem referre non dubito, quamvis ab omnibus aliis ejusdem classis mihi hactenus cognitis differat in eo, quod calicis folia non abjiciat una cum petalis floris, sed ea fructui subjecta ad ejus usque maturitatem retineat.

Sic *Anemonem nemorum*, quæ à plerisque Botanicis ob fructuum similitudinem *Ranunculis* adjudicatur; item *Anemonem Geranifoliam* dictam, quæ simili planè fructificatione gaudet, nemo ut opinor Botanicus Naturæ consultus, rem seriò perpendens, ob caulem simplicem ex una tantùm distinctione foliatum, ubi terna hærent folia, florem unicum nudum polypetalon gestantem, in quibus omnibus totaque facie cum *Anemone* conveniunt, non eo potiùs retulerit, quam ob solam Fructûs conformitatem ad *Ranunculum*: siquidem ad alterutrum ex duobus his generibus referendæ sint. Alioqui non displicet consilium *D. Hotton* qui novum genus ex iis constituit, de quo vide quæ allata sunt paginâ 190 hujus opusculi. Sic ipse D. *Tournefort* Elem. Bot. pag. 111. *Echium*, cujus Florem non esse absolutè regularem fatetur, non

tamen

tamen rescindendum esse à Classis secundæ Sect. quartâ concedit, quamvis Classis illius Titulus sit *Herbæ Flore Monopetalo Regulari* &c. Sic *Elem. Bot.* pag. 77. *Apocynum* duarum formarum flores obtinere fatetur, nec tamen propterea duo *Apocyni* genera facit. Sic quamvis Floris formam differentiam satis notabilem inter *Sigillum Salomonis* & *Lilium convallium* constituere asserat, *Polygonatum* tamen latifolium ramosum sive quartum *Clus.* quod, *Clusio* & *Joanne Bauhino* testibus, flores producit Lilii convallium floribus persimiles, ob conformitatem in reliquis partibus cum Sigillo Salomonis copulandum est. *D. Tournefortius* quidem ei non accenset, sed nec ab eo excludit. Sic pag. ejusdem libri 79. *Periplocam* ad Classis primæ Sect. quartam refert, quamvis absolutè loquendo eam inter Herbas Classis primæ, quæ Flore sunt Stellato, collocandam esse fateatur. Sic pag. 323. *Trifolium pratense purpureum* reliquis *Leguminosis* quæ Flore sunt irregulari polypetalo annumerat, quamvis Flos ejus monopetalos sit. *Trifolium* (inquit in præfatione Elem. Bot.) *pratense purpureum notas omnes essentiales genuini Trifolii habet, nisi quòd ejus Flos, qui alioqui ejusdem formæ externæ seu apparentis est cum Floribus cæterarum specierum, monopetalos sit, non ad normam reliquorum e pluribus foliis compositus. Neque tamen à Trifolii genere ob hanc diversitatem excludendum censeo, quia differentia illa non est sensibilis, nisi illis solis, qui plantas earumque partes curiosè rimantur & dissecant.* Sic ad *Limoniam*, cujus Character est Florem habere pentapetalum, duas à se in Hispaniâ inventas herbas refert, nimirum *Limonium Hispanicum frutescens Portulacæ marinæ folio*, & *Limonium Hispanicum multifido folio*, quorum flores revera monopetali sunt, quamvis prorsus similes esse videantur aliarum specierum floribus. Denique cur de Leucoio luteo utriculato semine *Alpini* adeò solicitus est

D. Tournefort, ut probet eam tetrapetalon esse, nisi quod ob similitudinem in reliquis ad *Tetrapetalarum* Classem referendum esse agnosceret, sive pentapetalos esset sive tetrapetalos? Aliàs enim ob florem pentapetalon facile ei fuisset eum ab hoc genere excludere & ad aliud aliquod referre. At non sola hæc est hujus generis planta quæ florem pentapetalon producit, siquidem Nasturtium Africanum foliis ternis, facie Christophorianæ *Herman. Parad. Bat.* flore pentapetalo sit. Sic nos *Malvam Betonicæ folio* Bocconis pro genuinâ Malvæ specie habendam non abnuimus, si in reliquis notis cum *Malvâ* conveniat (plantam enim ipsam nondum vidimus) quamvis notâ illâ, quam *Spigelium* sequuti pro *Malvæ* Characteristicâ posuimus, nimirum semina habere in caseoli aut rotulæ formam disposita, careat.

In Dissertatione de variis Plantarum Methodis convenientiam omnimodam in Flore Fructuque simul, haud dubiam notam esse convenientiæ genericæ concessi. Proinde è contra sequeretur quæ Flore Fructuque differunt, ea genere differre. Quod tamen non admittendum esse, cùm totius plantæ facies, habitus & textura repugnant, video. Sic *Juncum* seu *Scirpum maximum*, *Juncum capitulis Equiseti* & congeneres, qui capitula producunt squamosa, & sub singulis squamis singula semina triquetra, nuda & *Juncum lævem vulgarem paniculâ sparsâ* aliosque qui Florem stamineum calice hexaphyllo præditum, Fructum triangularem in tres cellulas divisum aut certè in tres partes dehiscentem, plura semina continentem proferunt, non sejungo sed ob similitudinem in totâ facie externâ, constitutione & texturâ ad idem genus reduco, unanimi non solùm Botanicorum omnium, sed totius generis humani consensu. Vice versa ab iisdem *Juncis*, non obstante Floris Fructûsque conformitate, ob diversum plantæ habitum & texturam reliquarumque

partium

partium dissimilitudinem *Gramen nemorosum hirsutum* separo & *Graminibus*, quibuscum in his convenit, annumero. Sic *Nymphæam luteam minorem flore fimbriato C. B.* & *Nymphæam albam minimam* sive Morsum ranæ pro *Nymphæa* speciebus habeo, quamvis nec Flore nec Fructu cum reliquis *Nymphæis* conveniant, ob foliorum totiusque habitus similitudinem. Sic *D. Magnol* in Præfatione ad Catalogum Hort. Monspel. *Inter veras* (inquit) *& genuinas Linarias recensere necesse est, tum eas quæ semen planum, tum eas quæ rotundum habent:* [Quod idem de Spergulæ speciebus dicendum.] *Et sive Lotus habeat siliquas cellulis distinctas, sive non habeat, germanæ sunt Loti species.* Sic (verba sunt *D. Volckameri* in Præfatione ad Floram Norimbergensem) *singulæ hactenus quæ nobis innotuere ex Malvaceo genere & Alcearum, Flore superbiebant monopetalo quinquefariam diviso: ex Africæ decantato Capite Bonæ Spei nihilominus rariorem possidemus* Althæam *Flore aureo & quasi cochleato, qui marcescens in quinque resolvitur petala, revera ab invicem disjuncta.* Sic (idem eodem in loco) *Chrysanthemum Bacciferum Africanum enangiospermon est, cum cæteræ hujus generis plantæ communi omnium consensu, & recte quidem, ad* Gymnospermas *referantur.*

Ut summatim dicam, Methodus Plantarum optima est in qua genera omnia tam summa, quàm subalterna & infima, plura attributa communia habent seu pluribus partibus & accidentibus conveniunt. Hujusmodi autem Methodum Natura, ut puto, non admittit. Huic proxima est, in qua Stirpes omnes, quæ plura attributa communia habent, ad sua genera referuntur; Reliquæ, inter quas nulla datur convenientia seu similitudo plurium partium aut accidentium, Notis generalioribus à convenientiâ in una aliquâ parte insigniore, nimirum Floris structurâ, regularitate aut petalorum nu-

mero, Fructûs ſimplicitate aut diviſione in cellulas deſumptis, prout commodiſſimum fuerit, in genera diſtinguuntur. Horum autem ſpecies nullâ perſæpe affinitate conjunctæ ſunt, nec ullâ ſimilitudine aut convenientiâ, præterquam in generali illa notâ, unde generis denominatio ſumitur, unitæ. Quæ enim ſimilitudo eſt inter *Roſam*, *Papaver*, *Rutam*, *Ranunculum*, *Ciſtum*, quas *D. Tournefort* ad eandem Claſſem reducit, præter aliqualem in Floris formâ convenientiam? Quid aliud ſunt *Polypetalæ Flore irregulari*, Claſſem undecimam *Elem. Bot.* ejuſdem *D. Tournefort* componentes, quàm ſcopæ diſſolutæ? Nec tamen propterea Methodum ejus damno aut reprehendo. Quicunque enim Methodum plantas omnes complectentem inſtituere volet, ut idem faciat neceſſe eſt.

Clarioris autem intelligentiæ & memoriæ cauſâ ſumma genera ſeu Claſſes inter ſe methodo aliquâ connectere convenit ad conſpectum generalem ſtirpium omnium exhibendum.

Noſtra Methodus in ſummis generibus diſponendis ab imperfectioribus ad perfectiora, ſeu ab infimo ordine Plantarum ad ſuperiores paulatim progreditur.

1. Primo ergo in loco eas exhibemus quas Botanici vulgo *imperfectas* vocant, quæ vel *Flore* & *Fructu* ſimul, vel ſaltem *Flore* carent, nimirum *Fucos*, quo nomine hic Plantas omnes Submarinas complector, *Fungos*, *Muscos*, & Herbas *Capillares* dictas.

2. Deinde, (præmiſsâ reliquarum Herbarum diviſione in *Dicotyledones* & *Monocotyledones*) Plantis Flore carentibus ſubnectimus Flore imperfecto, Apetalo, ſeu Stamineo donatas.

3. Tertium locum iis aſſignamus quæ Florem habent perfectum id eſt Petalode ſeu bracteatum, verùm ſemina

nuda

nuda hoc eſt nullo, præter perianthium, vaſculo incluſa aut excepta.

4. Quarto in loco eas diſponimus, quæ & Florem habent Petaloden & ſemina vaſculis incluſa.

Tandem ad *Monocotyledones* progredior, easque pariter diſtinguo in Apetalo ſeu Staminco Flore donatas, & Petalode ſeu bracteato gaudentes.

Nota, quòd jam & ſupra notatum, ſingulis generibus uniuscujusque Claſſis Notas omnes iſtius Claſſis Characteriſticas non ſemper convenire; nonnullis fortaſſe nè Notam quidem illam, unde Claſſis denominatio ſumitur, ut verbi gratiâ inter *Tetrapetalas Siliquoſas* unum vel alterum genus pentapetalon invenitur: ſufficit quòd pleræque Notæ omnibus & ſingulis congruant. Nec opus eſt, ut admodum ſcrupuloſi ſimus de Plantâ aliquâ in participationem alicujus generis admittendâ, quocum plures Notas ſeu attributa communia habet, quamvis Notâ illâ inſigniori, quæ pro generis Characteriſticâ adhibetur, careat. *D. Tournefortium* quidem aliquoties reprehendo, quod Sectioni alicui genus aliquod non raro ſubjiciat, cui Nota illius Sectionis Characteriſtica non convenit: Non quod factum improbem, ſed ut oſtendam ipſum facere, quod mihi exprobrat & incaute nonnunquam aut forte rei evidentiâ victum, ſententiæ noſtræ accedere; nimirum certiſſimam convenientiæ genericæ in Plantis Notam, eſſe totum habitum conſimilem aut plura attributa communia. Notam tamen illam, quæ pro generis alicujus Characteriſticâ aſſumitur, generaliſſimam eſſe & ſpeciebus ſub illo genere contentis, quam proxime fieri poteſt, omnibus convenire debere concedimus.

Cæterum monendus eſt Lector, Methodum hanc noſtram Europæis præcipue ſtirpibus ordinandis &

diſponendis deſtinatam eſſe, ex Indicis vero & Americanis eas admittere, quæ Europæ inquilinæ & Hortis noſtris jam diu familiares factæ ſunt.

REGULÆ

In

METHODO PLANTARUM

INSTITUENDA OBSERVANDÆ.

I.

Quam minimum fieri potest innovandum, neque mutanda nomina communi usu recepta & in Medicorum scriptis frequentata, eorumve significationes, ad confusionem & errorem vitandum. Nôrunt in Historiâ Plantarum vel mediocriter versati, quantas in eam tenebras, quantam incertitudinem nominum multiplicatio induxerit.

II.

Notæ generum tam summorum quàm subalternorum claræ sint, distinctæ & exactè definitæ, non obscuræ & indeterminatæ, quorumque significatio quousque extendatur, incertum sit. Hinc quæ à magnitudine aut similitudine cum aliis rebus sumuntur minùs probandæ videntur, quia quis sit terminus magnitudinis, quem quæ excedunt majora, quæ cis eum consistunt minora vocentur, aut quousque similitudo extendenda sit, non facile est determinare. His tamen persæpe necessariò utendum est. Cavendum autem né differentia magnitudinis adeò exigua sit, ut non facilè à quovis observetur, aut similitu-

d

de adeò tenuis, ut ab omnibus primo aspectu non agnoscatur.

III.

Notæ obviæ sint, manifestæ & cuilibet facilè observabiles. Nam cùm Methodi usus præcipuus sit rudes & Tyrones in Stirpium cognitionem compendiò absque tædio & difficultate inducere, non oportet ejusmodi Notas proponere, quæ attentum & solicitum requirunt spectatorem, cuique ut microscopium secum circumferat, necessarium sit.

IV.

Genera recepta & ab omnibus ferè Botanicis approbata serventur, ut verbi gratiâ Umbelliferarum, Verticillatarum, Flore Papilionaceo *præditarum &c. iisque Methodus accommodetur. Nec sine ratione hoc monemus, cùm, ut alibi dixi, ex summis generibus hactenus cognitis optima sint* Fucorum, Fungorum, Muscorum, Capillarium, Umbelliferarum, Verticillatarum, Asperifoliarum, Stellatarum, Pomiferarum, Bacciferarum, Papposarum, Capitatarum, Corymbiferarum, Tetrapetalarum Siliquosarum, Bulbosarum, Graminifoliarum *genera, quæ bonam partem constituunt eorum, in quæ superioris seculi Botanici peritiores Plantas distinxerunt. Horum enim species non tantùm unâ aliquâ generali Notâ conveniunt,*

niunt, sed & alia, præterea, attributa communia habent Sic Umbelliferæ *dictæ non tantùm Florum & seminum situ, à quo Umbelliferæ denominantur, conveniunt, sed etiam Foliis compositis, alternatim in caule sitis, Floribus pentapetalis, pro plantarum magnitudine parvis, summo Fructui insidentibus, Seminibus binis simul junctis.* Asperifoliæ, *non tantùm Foliis asperis, unde denominatio sumitur, sed iisdem alternatim aut inordinatè caulibus adnexis, Floribus monopetalis margine quinquepartito, spicis, antequam Flores aperiantur, caudæ Scorpii in modum reflexis, Seminibus ad singulos Flores quaternis &c. conveniunt.* Tetrapetalæ siliquosæ *non tantum Notis illis, unde denominatio petitur, conveniunt, sed & quod Flores habeant plures simul in caulis & ramorum summitatibus successivè se aperientes, nullis ad pediculorum exortum foliolis appositis, Folia in caulibus alterno aut nullo ordine posita, Calices florum una cum petalis deciduos. Idem singula percurrendo in reliquis facile esset ostendere.*

V.

Providendum est, nè Plantæ cognatæ & congeneres separentur, dissimiles & alienæ sive diversi generis consocientur. Hinc D. Rivini *Methodum, quamvis ad docendum commodissimam, probare nequeo, quia hoc vitio laborat, ut ostendi in* Pentaphyllo, Tormentilla, Echio, Gladiolo

diolo *& omnibus in genere* Bulbosis, *inque* Thlaspi Cretico &c.

VI.

Notæ generum Characteristicæ non sine necessitate multiplicandæ sunt, nec plures, quàm quibus opus est ad genus certo determinandum, coacervandæ, nè memoria oneretur, & pro Notis Characteristicis descriptionem plantæ adferre videamur.

ORDO

ORDO SUMMORUM GENERUM IN PLANTIS.

I.

SUMMA HERBARUM & SUFFRUTICUM GENERA.

Genus I.	PLANTÆ SUBMARINÆ,	3.
Genus II.	FUNGI,	5.
Genus III.	MUSCI,	6.
Genus IV.	HERBÆ CAPILLARES IISQUE AFFINES,	8.
	Quibus subjunguntur,	
	ANOMALÆ FLORE CARENTES.	14.
Genus V.	HERBÆ FLORE STAMINEO,	17.
Genus VI.	HERBÆ PLANIPETALÆ LACTESCENTES,	29.
Genus VII.	HERBÆ FLORE DISCOIDE SEMINE PAPPOSO,	32.
Genus VIII.	HERBÆ CORYMBIFERÆ,	35.
Genus IX.	HERBÆ CAPITATÆ,	40.
	Quibus subjunguntur,	
	CORYMBIFERIS AFFINES.	43.
Genus X.	HERBÆ FLORE PERFECTO SIMPLICI SEMINE NUDO SOLITARIO,	44.

Genus XI. HERBÆ UMBELLIFERÆ, 47.
Genus XII. HERBÆ STELLATÆ, 54.
Genus XIII. HERBÆ ASPERIFOLIÆ, 56.
Genus XIV. HERBÆ VERTICILLATÆ, 58.
Genus XV. HERBÆ SEMINE NUDO POLYSPERMÆ, 67.
Genus XVI. HERBÆ POMIFERÆ, 70.
Genus XVII. HERBÆ BACCIFERÆ, 72.
Genus XVIII. HERBÆ MULTISILIQUÆ, 76.
Genus XIX. HERBÆ VASCULIFERÆ FLORE MONOPETALO, 81.

Quibus subjunguntur

VASCULIFERÆ FLORE DIPETALO, 93.
Genus XX. HERBÆ TETRAPETALÆ SILIQUOSÆ ET SILICULOSÆ, 94.

Quibus subjunguntur

ANOMALÆ FLORE TETRAPETALO, 100.
Genus XXI. HERBÆ FLORE PAPILIONACEO seu LEGUMINOSÆ, 101.
Genus XXII. HERBÆ PENTAPETALÆ VASCULIFERÆ, 109.
Genus XXIII. HERBÆ GRAMINIFOLIÆ FLORIFERÆ, 113.

Quo & referendæ

BULBOSIS AFFINES, 121, 122.
Genus XXIV. HERBÆ GRAMINIFOLIÆ FLORE STAMINEO, 124.
Genus XXV. HERBÆ ANOMALÆ aut INCERTÆ SEDIS, 128.

SUMMA

II.

SUMMA ARBORUM & FRUTICUM GENERA.

ARBORES FOLIIS ARUNDINACEIS aut IRINIS, 135.

Arbores

Flore à Fructu remoto.

ARBORES CONIFERÆ, 138.

ARBORES NON CONIFERÆ, 139.

Quo spectant &

JULIFERÆ, 140.

Arbores

Flore Fructui contiguo.

ARBORES POMIFERÆ UMBILICATÆ, 143.

ARBORES BACCIFERAE UMBILICATAE POLYPYRENAE, 145.

ARBORES BACCIFERAE UMBILICATAE MONOPYRENAE, 147.

ARBORES PRUNIFERAE, 149.

Quibus subjunguntur

PRUNIFERÆ ANOMALÆ. 151.

ARBORES BACCIFERAE NON UMBILICATAE MONOPYRENAE, 152.

ARBORES POMIFERAE NON UMBILICATAE, 153.

ARBORES BACCIFERAE NON UMBILICATAE POLYPYRENAE, 154.

*** ARBORES

ARBORES FRUCTU SICCO NON SILIQUOSAE. 157.
ARBORES SILIQUOSAE FLORE NON PAPILIONACEO, 160.
ARBORES SILIQUOSAE FLORE PAPILIONACEO, 162.
ARBORES ANOMALAE, 165.

METHO-

METHODUS
HERBARUM
ET
SUFFRUTICUM

In quâ & de Plantis Submarinis, de Fungis & de Muſcis breviter agitur.

M

di
qu
vo

no
ca
sit
nu
tu
Fu
Qu
qu
4.
To
lan
ne
ju

Ha
des
Fu
&

bi
sun
du
ra
ne

JOANNIS RAJI METHODUS PLANTARUM EMENDATA ET AUCTA.

De prima Plantarum Divisione.

De Plantarum divisione in *Perfectas* & *Imperfectas* egimus in Dissertatione *de variis Plantarum methodis pag.* 16. Quibus adde, Nullam omnino strictè loquendo dari stirpem imperfectam, sed omnes etiam infimi ordinis debitam naturis suis perfectionem obtinere, & in suo quasque genere perfectas esse. Quas ergo alii stirpes *imperfectas* vocant, ego (ut puto) *inferioris ordinis* rectius dixerim.

Plantæ autem nonnullæ, (quamvis ob id *Imperfectæ* dicendæ non sint) parte aliqua è præcipuis nimirum vel *fructu* vel *flore* carent. An ulla præter *Fungum* (si modò *Fungus* excipiendus sit) flore, & fructu omni seu semine destituta sit, dubito & nullam dari verisimilius existimo: At flore carere plurimas certum est, nimirum 1. *Submarinas* omnes, *Coralia*, *Algas*, *Fucos*, *Spongias &c.* 2. *Aquis dulcibus perpetuò submersas*: Quæcunque enim plantæ aquaticæ florent caulem summum qui flores gestat supra aquæ superficiem efferunt; 3. *Fungos*. 4. *Muscos*, & fortasse etiam, 5. *Capillares* plantas, quas *D. Tournefort* flore destitutis annumerat: quibus addendæ miscellaneæ quædam ut *Kali geniculatum*, *Ophioglossum &c.*, nulla neque inter se neque cum reliquis flore viduis affinitate conjunctæ.

Rejecta ergo stirpium divisione illa in *Imperfectas* & *Perfectas*; in *Flore destitutas* & *Floriferas* eas distribuemus. *Flore destitutas* iterum partiemur in *Aquis immersas*, seu *Salsis* ut *Fucos &c.* sive *dulcibus*; & *Extra Aquas* nascentes ut *Fungos* & *Muscos*.

Floriferas dividemus in *Dicotyledones*, quarum semina sata binis foliis anomalis, *Seminalibus* dictis, quæ *Cotyledonum* usum præstant, è terra exeunt, vel in binos saltem lobos dividuntur, quamvis eos supra terram foliorum specie non efferant: & *Monocotyledones*, quæ nec folia seminalia bina efferunt, nec lobos binos condunt.

Plantæ sunt vel.

- *Flore destitutæ*, eæque vel
  - *Aquis immersæ*,
    - *Salsis*, ut Submarinæ omnes, CORALIA, FUCI, SPONGIÆ &c.
    - *Dulcibus*.
  - *Extra aquas nascentes*.
    - FUNGI.
    - MUSCI.
    - CAPILLARES Plantæ dictæ; quibus addendæ *Sporades* seu miscellaneæ quædam, KALI *geniculatum*, OPHIOGLOSSUM &c.
- *Florifera*; quæ vel
  - *Dicotyledones*, quarum semina sata binis foliis anomalis, *seminalibus* dictis è terra exeunt, vel in binos saltem lobos dividuntur, quamvis eos supra terram foliorum specie non efferant.
  - *Monocotyledones*, quæ nec folia seminalia bina efferunt, nec lobos binos condunt.

Hæc Divisio ad Arbores etiam extendi potest: siquidem *Palmæ* & congeneres hoc respectu eodem modo à reliquis arboribus differunt quo *Monocotyledones* à reliquis herbis.

E Muscis nonnulli (ut v. g. *Lycopodium*) florem habere videntur stamineum, qui tamen cum facie tota Muscos referant, ab iis separandi non sunt.

GENUS

GENUS PRIMUM

Plantarum flore Carentium seu Plantæ

SUBMARINÆ.

Plantas *Submarinas* voco, quæ in fundo maris, vel in rupibus marinis nascuntur, & vel aquis perpetuo immerguntur, vel singulis saltem æstuum accessibus. (Quæ in maris vicinia nascuntur Plantæ, *maritimæ* dicuntur.)

Has in tria Genera divido:

Primum est earum, quæ substantiâ durâ admodum & lapideâ constant, quæ commanducatæ sub dentibus crepitant aut scruposæ sentiuntur, fragilesque sunt, & duro corpori allisæ clarum edunt sonum; quæ idcirco *Lithophyta* dici possunt.

Secundum earum, quæ substantiæ ligneæ, tenacis, & quodammodo corneæ sunt; *Corallinæ* dictæ.

Tertium denique earum, quæ substantiæ mollioris sunt & herbaceæ; ut *Algæ*, *Fuci*, *Spongiæ*, *Musci* &c.

Plantarum submarinarum

Genus Primum

seu

LITHOPHYTA.

1. *Corallium* seu *Lithodendron*, cujus notæ, Substantia lapidea, solida & minimè porosa, aut foraminulis pertusa Arbusculæ aut fruticis aphylli figurâ.

2. *Porus*, Substantiâ Coralliis proximâ est, crebris tantum poris seu foraminibus, quibus pertusus aut interceptus est, ab iis differt. *Lapides Astroites* & *Stellares* dictos huc refero ut & *Encephalites*.

3. *Eschara*, Lithophyta sunt frondes imitantia, nonnullæ etiam pulchre reticulatæ *Frondipora*, & *Frondipora reticulata*, dictæ.

4. *Fungi lapidei*, Figurâ suâ, & nonnulli etiam lamellis, *Fungos terrestres* imitantur.

5. *Musci marini lapidei*, quorum aliqui pyxidatim articulati sunt, ut v. g. *Corallina* Officinarum Nodi seu articuli nervo quodam intus fili, quo vestes consuunt, crassioris magnitudine

dine trajecti sunt, ut propriè loquendo Corallinæ nihil aliud sint quam incrustationes quædam materiæ *Corallinæ* Fucis accrescentes.

6. *Hippuris Saxea*, Equisetum terrestre nudum refert.

Plantarum submarinarum

Genus Secundum,

seu

Substantiæ durioris & tenacis, ligneæ, corneæve,

CORALLINÆ

nonnullis.

Corallina reticulata, Flabellum marinum quibusdam. Crusta quadam tartareâ obducitur, quæ facilè deradi potest, quæque ex limo in fundo maris formari & plantæ accrescere videtur. Crustâ exteriore derasâ substantia interior apparet dura, nigricans &c.

1. Arbuscula marina coralloides *Clus.*
2. Corallina fruticosa purpurea *C. B.*
3. Corallina exasperata *C. B.* liguosa, Ericæ facie *Park.*
4. Resedæ similis maritima *C. B.*

Plantarum submarinarum

Genus Tertium,

quæ

Consistentiæ mollioris, & ad herbaceam accedentis.

§. 1. *Algæ*, seu *Fuci foliis gramineis*, in foliorum sinu semina continentes.

2. *Fuci folliculacei*, plerumque *dichotomi*, seminiferi, duplicis generis folliculos habent, alios ventosos & aere duntaxat plenos, alios seminibus fœtos.

3. *Fuci maiores*, nec bullati, neque dichotomi. Horum semina, siquæ habeant, nondum detecta sunt.

4. *Musci marini*, Lichenes &c ex minimarum genere sunt, & quantum adhuc compertum fuit, steriles sive semine viduæ.

5. *Alcyonia*, sive Fungis similes plantæ.

6. *Spongiæ*, Fungis proximæ sunt, vel inter Muscos & Fungos ambigunt, substantiâ molli & velut lanosâ, foraminulentâ & vi elastica præditâ, quæ aquam aliumve liquorem facile combibit & retinet.

GENUS

GENUS SECUNDUM
Plantarum flore Carentium seu
F U N G I.

Fungi nihil ferè habent commune cum Plantis perfectioribus: nec enim color eis communiter herbaceus, nec textura analoga, nec *Flos* ullus *Semenve*, quod hactenus novimus, si unam vel alteram speciem excipias; at neque *Folium* propriè dictum. Breviter, exigua in iis partium distinctio est. Brevissimo temporis spatio plerique oriuntur, & brevis pariter ævi sunt. Ex arboreis tamen multi diu durant.

Fungos in duo Genera divido, nimirum in *Lamellatos* seu quid analogum lamellis sub pileolis capitulisve habentes: quorum plerique pediculum habent, pileum seu capitulum gestantem, & *Lamellis carentes*. In priore genere capitula duplici substantiâ constant, *Superiore* homogeneâ & indivisâ, ejusdem plerumque intus cum pediculo coloris; *inferiore* diversi plurimum coloris & in lamellas divisâ; aliquando substantia ista in lamellas non dividitur, sed ligni pectinem imitatur, poris majoribus intercedentibus.

Utrumque Genus vel *Terrestre* est, vel *Arboreum*. In secundo Genere est & *Subterraneum*, *Tuber terræ* dictum. In Genere Arboreorum lamellis carentium peculiari nomine donantur Fungus Sambucinus *Auricula Judæ* dictus, & Fungus Laricis *Agaricus* denominatus.

Fungi lamellis carentes variarum formarum sunt, alii *membranacei* aut velut *coriacei* ut *Auricula Judæ*, *Pezicæ* Plinii, alii *globosi* aut *crassi* ut *Lycoperdon* seu *Fungus pulverulentus*, alii *ramosi*, nonnullis *coralloides* dicti; alii *Pileati* seu *Capitati* ut *Fungus Phalloides*, *Favaginosus* seu *Merulius &c.*

Fungi sunt vel
- *Lamellati* & pileati duplicive substantia constantes.
  - *Arborei.*
  - *Terrestres.*
- *Lamellis carentes.*
  - *Clavati*, clavas referentes.
  - *Capitati* seu pileati: ut *Fungus* MERULIUS, PHALLOIDES.
  - *Globosi* seu pulverulenti, CREPITUS LUPI dicti.
  - *Membranacei*; ut AURICULA JUDÆ, PEZICÆ *Plin.*
  - *Ramosi*, CORALLOIDES.
  - *Seminiferi.*
  - *Subterranei*. TUBERA TERRÆ.
  - *Variarum formarum.*

GENUS TERTIUM

Plantarum flore carentium

seu

MUSCI.

Musci, quamvis unicuique etiam è medio vulgo primo statim aspectu cognoscantur, eos tamen exactè definire nè Philosophis quidem ipsis facile fuerit.

Parvitate sua, vel substantiâ sicciore & minus succulenta, vel postquam ferè exaruerint immissione in aquam facili reviviscentia, ad modum Thlaspeos *Rosa Hierichuntina* dicti, vel locis natalibus, squalidis, siccis, immodico frigore aut calore perustis, arboribus, lignis, petris ubi aliæ plantæ vivere aut durare non possunt, vel denique fructum proferendi modo ab aliis plantis distinguuntur.

Horum nonnulli colore & texturâ ad Fungos accedere videntur unde quibusdam Musco-fungi denominantur.

Musci sunt vel.

- *Aridiores* & *exsucci*, minimeque herbacei, orbiculos proferentes, qui fortè semina continent, quamvis steriles vulgò habeantur Musco-fungi nonnullis dicti: qui vel
  - *Rectiores* & *ramosi*, ut Musci *Coralloides*, Muscus *arboreus ramosus*, Muscus *peltatus* aut *scutellaris*.
  - *Crustacei* seu *Licheniformes*, ut Muscus *crustæ modo arboribus & petris adnascens*, flavus, cinereus, pullus &c. Muscus *pyxidatus* &c.
- *Succulentiores* & *herbacei*, qui manifestè fertiles seu frugiferi sunt, quorum superficies constat vel ex
  - *Foliis*, figuræ plerumque indeterminatæ, radices agentibus, adeoque se diffundentibus, ut *Lichenes terrestres* diversarum specierum.
  - *Caulibus*, foliis figuræ determinatæ vestitis, qui vel
    - *Majores*,
      - *Fruticosi* & *lignosi*, qui quamvis foliis Muscos referant, ad arboreum potius genus pertinent.
      - *Clavati* & *floriferi*, semina in spicis clavas referentibus producentes, ut *Lycopodium* & *Sabina Sylvestris* Tragi.
      - *Semina in foliorum alis proferentes*, ut Muscus terrestris Abietiformis &c.
    - *Minores*, fructum in capitulis aut corniculis producentes, qui vel cauliculis sunt
      - *Squamosis*, humi plerumque provolutis & repentibus, infirmis, quorum capitula ex alis foliorum seu squamarum secundum caules & ramulos exeunt, quos *Muscos terrestres* voco.
      - *Foliosis*, erectioribus, minus ramosis, aut repentibus, sed in densos plerumqne cespites congestis, quorum capitula vel è summis ramulis exeunt, vel ex radicibus aut surculis annotinis, qui vel sunt foliolis.
        - *Cauliculos undique cingentibus*, capitulis
          - *Pediculis longioribus insidentibus*, Pileolo seu operculo tectis
            - *Villoso*; Adiantum aureum majus.
            - *Membranaceo*; Adiantum aureum minus, capitibus { *Erectis* / *Reflexis*.
          - *Sessilibus*, absque pediculis. { *Pileatis* & *striatis*. / *Nudis*, Apocarpi dicti.
        - *Filicinorum modo dispositis*.

GENUS QUARTUM

Complectens plantas dictas

CAPILLARES.

In Methodo mea & Historia Plantarum, *Capillarium* stirpium notam Genericam constitui, *Caule carere*, ac si tota earum superficies ex meris foliis constaret: quod *Europæis* omnibus hoc genus Plantis, quantum hactenus noverim, convenit. *Indicas* tamen & *Americanas* nonnullas reverà *cauliferas* reperiri idoneorum Autorum testimonio constat, quin & ipsemet earundem specimina aliqnot exsiccata vidi apud Doctissimum & amicissimum Virum D. D. *Sloane*, in *Jamaica* insula collecta. Nota ergo communis seu Character genericus *Capillarium* adhuc desideratur. Nam si cum D. *Tournefort* Flore carere & Dorsiferas esse conjunctim pro nota assumas, *Osmundam Regalem* & tiquæ sunt congeneres, ab hujus Generis societate seu participatione excludes, si communem Herbariorum sententiam sequaris; nobis enim & hæ dorsiferæ videntur. At nec Herbas Capillares flore omni carere certum, cum & *D. Rivinus*, flosculos granulatos illis attribuat, quales & ipsemet in *Polypodio* vidisse mihi visus sum, colore luteo insignes; & in descriptione Filicis arborescentis *D. Plumier* Tubercula seminalia, antequam in pulvisculum abirent præcedere visos esse ait flosculos minimos, canescentes, monopetalos, calicis exigui hæmisphærici in modum excavatos, filamentis bene multis minimis canescentibus repletos.

Nota ergo *Capillarium* esto, Semen minutissimum pulvereum foliis & plerumque aversis innascens. Plerumque addidi, ut omnem de *Osmunda Regali* altercationem evitarem, quamvis in ea furculi floriferi dici soliti foliorum pars sint, ob seminalia adnascentia (ut mihi videtur) contractorum, marginibus sursum reflexis seu revolutis.

Quod ad methodum autem attinet, eam optimam esse judico quam in Epistola ad *D. Rivinum* proposui, à situ seminum desumptam.

Capillarium semina proveniunt.

- *In surculis peculiaribus* (qui tamen foliorum pars sunt) racematim compacta in *Floridis* Herbariis dictis, ut *Osmunda regalis.*
- *Foliis aversis* idque vel
  - *Eorundem marginibus*, ut in Filice fæmina vulgari, Adianto vero &c.
  - *Media* seu *interiori superficiei parti*, idque vel
    1. In *punctis* seu verrucis *ferrugineis*, bino plerumque ordine, ut in *Polypodio* & *Filicis maris* dictæ plerisque speciebus.
    2. In *lineolis vermicularibus*, ut in *Phillitide*, *Adiantho nigro &c.*
    3. In *lineola latiuscula juxta nervum* sive costam folii *mediam* utrinque secundùm longitudinem ducta, ut in *Lonchitide* juxta nervum pulverulenta *Plumier.*
    4. Per totam folii superficiem; ut in *Scolopendria.*

Hæc autem Genera à magnitudine, foliorum divisura, radicum forma aliisque accidentibus ulterius subdividi possunt.

Hæc, inquam, Methodus omnium optima mihi videtur, verum cum tot novæ & indictæ Capillarium species in *India Orientali* sed præcipuè in *America*, clarissimorum virorum hodie viventium aut nuperrimè defunctorum, *D. Henrici van Rheede*, *D. Joannis Banister*, *D. Caroli Plumier*, *D. Hansii Sloane* aliorumque minoris notæ auspiciis & industria detectæ & descriptæ fuerint, quot quidem ego in toto terrarum Orbe reperiri vix credidissem, earumque vel viviradices, vel ramuli curiosè exsiccati & inter chartas repositi, vel icones ad vivum delineatæ in *Europam* transmissæ aut invectæ & curiosis ostensæ fuerint, postea etiam in æs incisæ, publico exhibitæ, & omnium oculis expositæ: in multis autem seminalium situs non observatus, certè non descriptus sit. Cum, inquam, hæc ità sint, mihi plane impossibile esse video, omnes ad hanc Methodum redigere, sed vetus à foliorum figura & divisione sumpta omnino retinenda est; in aliquibus tamen immutata & emendata.

Sive ergo hoc genus Plantæ revera cauliferæ sint, sive minus parum solicitus, à foliorum simplicitate aut divisura earum differentias sumam.

Imprimis autem *Caulis* & *Folii* definitiones præmittam.

Caulis ergo definiente *Jungio*, est pars plantæ ità in longitudinem exporrecta, ut anteriora à posterioribus, vel dextra à sinistris non differant, vel ut ex ejusdem figura sciri non possit, quæ pars anterior, quæ posterior sit.

Folium est quod partem anteriorem sive supinam superficiem à posteriore seu prona diversam obtinet.

Junci, *Equisetti*, *Cepæ &c* quæ folio fistuloso tereti sunt, folia hic excipienda videntur, ni interiorem fistulæ superficiem pro parte supina, exteriorem pro prona habeas.

Folium vel *simplex* est vel *compositum*.

Simplex est quod in plura folia seu lobos non dividitur.

Compositum vel *pinnatum* est, vel *ramosum*.

Folia *simplicia* voco non tantum absolutè integra seu indivisa, sed etiam qualitercunque incisa aut laciniata, modò laciniæ seu incisuræ non admodum profundæ sint, nec ad mediam costam seu rachin proxime pertingant, aut ex utraque ejus parte per folii longitudinem æquali numero sibi respondeant adverso vel alterno situ.

Folia *composita* sunt, quæ secundum Folii (totalis) longitudinem vel in plures lacinias ad mediam proximè costam pertingentes, vel in plures pinnulas seu foliola ad mediam costam annexa, vel in plures surculos pinnatos, vel denique in plures ramulos surculosos æquali numero, eo quo dixi modo, ad costam mediam annexos dividuntur.

Filices arboreæ à reliquis Cauliferis differunt magnitudine & statura sua, quodque earum caudices substantiâ constent lignosâ.

Plantas *Capillares* divido in *Majores* & *Minores*.

Majores sunt, *Phyllitis*, *Hemionitis*, *Lonchitis*, *Filix*, *Osmunda*.

Minores, *Asplenium*, *Trichomanes*, *Ruta muraria*, *Adiantum*.

Quamvis divisionem hanc Plantarum à magnitudinis differentia sumptam minimè probem, cum natura certum aliquem limitem seu terminum magnitudinis inter eas non fixit, ut quæ illum excedunt *majores*, quæ ab ea deficiunt *minores* dicendæ sint, eâ tamen interdum cum commodior non occurrit, uti cogor. Sufficit inpræsentiarum ad hanc divisionem asserendam, ut maxima pars *Capillarium* quas *majores* facimus *minorum* maximam magnitudine superet; & si quæ species inveniantur minores, à similitudine seu convenientia cum majoribus facilè ad genera sua propria reduci possint. Cæterum *Capillares* hæ *minores*, non tantum parvitate sua, sed textura, figura & divisione foliorum, pediculorum glabritie & nitore, aliisque accidentibus sibi peculiaribus à majoribus differunt.

Plantæ Capillares majores sunt vel Foliis

- *Simplicibus* seu integris & in alas minimè divisis; PHYLLITIS, HEMIONITIS.
- *Compositis*, seu divisis
  - *Simplici* in alas seu pinnulas seu lacinias profundiores divisurâ, ut POLYPODIUM, LONCHITIS.
  - *Duplici*, primò in alas, deinde in pinnulas.
  - *Triplici*, primò in ramulos, deinde in alas, tandem in pinnulas; cujus generis plantæ *ramosæ* dicuntur.

Capillarium majorum Genus primum,
Folio simplici seu integro & in alas minimè diviso.

1. *Phyllitis* est Herba capillaris folio simplici, longo, recto, neque excavato ad basin, neque auriculato.

In Phyllitide *Europæa* semina aversæ foliorum parti in lineis areolisve obliquis adnascuntur.

Phyllitidem folio sinuato seu crispo, item folio digitato &c. pro varietatibus accidentalibus Phyllitidis habeo, non pro speciebus distinctis.

2. *Hemionitis* cum Phyllitide foliis simplicibus convenit, ab eadem vel sinu ad basin folii excavato cum duabus plerumque appendicibus velut auriculis extantibus, vel folio ad basin qualitercunque laciniato, & quam illius breviore differt. Addit *D. Bobartus* Hemionitidis folia in hederaceos angulos expandi, quorum nervi à summo petiolo seu centro ad margines distribuuntur.

Huic Generi accenseri solent Hemionitis Asari folio *D. Sloane*. Hemionitis profundè laciniata ad oras pulverulenta *Plum.* Hemionitis *Americana* speciosa folio securis Romanæ figuram æmulante *Pluk. Alm.* Verum quandoquidem hæ plantæ pediculos proferunt (verba sunt *D. Bobarti*) nitore splendido nigricantes, orasque pulverulentas, ad Adianti familiam potiori jure attinere judicavimus, & *Adianta monophylla* appellare placuit. à cujus sententia nec ipse alienus sum; quamvis Adianta folio simplici potius quam monophylla appellandas censeam.

Notandum, quod in *Phyllitide* aliisque Capillarium generibus in *America* reperiantur species nonnullæ loris emissis repentes scandentesve Fragariæ in modum, quæ Cauliferis annumerandæ sunt: siquidem lora illa seu funiculi nihil aliud esse videntur quam caules provoluti, nisi quis eos ad radices referre mallet, & *radices expositas* appellare.

Capil-

Capillarium majorum Genus secundum, *Foliis ex laciniis aut pinnulis alisve tantum compositis.*

1. *Polypodium* est Herba capillaris, foliis in lacinias oblongas ad mediam ferè costam pertingentes divisis, & in plerisque speciebus per margines æqualibus,

A Lonchitide aliisque Filicibus pinnatis hâc certissimâ notâ distinguitur quod foliorum laciniæ non ut in illis in pediculum contrahantur, eoque mediante costæ folii adnectantur, sed basi sua tota ei connexæ seu continuæ sint: in plerisque etiam speciebus laciniæ seu incisuræ ad ipsam usque folii rachin non pertingant, sed folium secundum costam continuetur. A Scolopendria differt magnitudine qua eam excellit, foliorum laciniis longioribus, angustioribus & acutioribus. Adde, quod in Scolopendria seminalia exanthemata totam foliorum aversam superficiem occupant cum in Polypodio in duplicem punctorum seu macularum ordinem in unaquaque lacinia dividantur.

2. *Lonchitis* à reliquis Filicibus pinnatis seu mavis alatis differt, quōd pinnulæ ejus ad basin auriculatæ sunt.

D. *Bobart* Lonchitidas distinguit in simpliciter seu ex uno tantum latere auriculatas, & ex utroque latere auriculatas. Hæ fortè rectius *Hemionitides pinnatæ* dicerentur.

3. *Filix foliis* duntaxat *pinnatis*, seu Filix non ramosa alis integris, nec in pinnulas divisis.

Stirpium Capillarium majorum Genus tertium, *Foliis semel subdivisis, primò scilicet in alas, alis deinde in pinnulas, seu etiam lacinias.*

D. *Bobartus* has dividit in 1. Eas quæ alis sunt non ad nervum usque divisis: 2. Eas quarum alæ in pinnulas distinctas ad nervum usque dissectæ sunt, quarum omnium enumerationem apud ipsum vide *Hist. Oxon. pag.* 576.

Stirpium Capillarium majorum Genus quartum, *Foliis bis subdivisis* Ramosis *dictis.*

Hujus Generis sunt, *Filix fœmina vulgaris*, cujus notæ Magnitudo insignis, Radix repens, Folia non dentata, Seminalia vasculla foliorum marginibus circumcirca adnascentia: *Filix florida* seu *Osmunda* regalis, aliæque plures.

Stirpes

Stirpes Capillares minores.

1. *Scolopendria* seu *Asplenium*, *Ceterach* etiam dictum parvitate sua, foliis minus altè incisis in segmenta breviora & rotundiora, non conjugatim sed alternatim disposita, & utrinque quasi undulatim serpentia ut cum *D. Bobart* loquar; seminalibus exanthematis totam foliorum aversam superficiem occupantibus, à Polypodio aliisque omnibus Capillaribus, facilè distinguitnr.

2. *Trichomanes* foliis pinnatis, Viciæ vel Securidacæ æmuli, pediculis nigris nitentibus, & parvitate sua ab aliis *Capillaribus* differt.

3. *Ruta muraria*, parvitate sua, & foliorum è pinnulis paucis obtusis compositorum crassitie, coloreque fere rutaceo, & pediculis viridibus non nitentibus è congeneribus dignoscitur.

Adiantum ἀκρόστιχον huic congener est, differt foliis simplicibus, in bina ternave cornicula secundum longitudinem dissectis.

4. *Adiantum* pediculorum nigricantium glabritie & nitore, foliorum tenuitate, seminalium exanthematum in circuitu seu margine folii, situ, ab aliis distinguitur.

5. *Dryopteris*, Foliis multifariam divisis in segmenta angustiora, pediculis glabris, atronitentibus, seminalibus efflorescentiis in lineolis primo erumpentibus, quæ postea se diffundentes totam fere aversam foliorum superficiem occupant ferruginex pulverulentæ crustæ figurâ.

Capillaribus affines,
Flore & fructu in caule aut surculo peculiari,

Simplici, *Lunaria botrytis vulgaris*, quæ folio exit ex una radice unico seu singulari.
Duplici, cujus tres species novimus ex America delatas, quarum

1. Lunaria elatior, Adianti albi folio, duplici spica *Sloan. Cat. Jamaic.*

2. Lunaria elatior, Matricariæ folio, duplici spica *Ejusdem.*

3. Lunaria hirsuta Lonchitidis folio, spicâ gemellâ *Ejusdem* Lonchitis hirsuta florida *Plumier.*

Herba

Herbæ sui Generis,
Flore carentes, miscellaneæ & anomalæ, *hoc est quæ ad certum aliquod genus referri non possunt.*

Extra Aquas nascentes.

1. *Ophioglossum*, cujus notæ, Folium ab una radice unicum; Spica linguam serpentinam aliquo modo referens, è medio folio seu ex eodem cum folio pediculo exiens, plerumque simplex, interdum gemina.

2. *Kali geniculatum*, cujus notæ, quod foliis careat, quodque surculis sit teretibus, viridibus, succulentis, è quibusdam velut squamis pyxidatim geniculatis, sub quibus semina occultantur, compositis.

Aquatica.

1. *Potamogeitoni affinis Graminifolia aquatica:* Corniculis recurvis, tribus quatuorve simul in foliorum alis sessilibus.

2. *Graminifolia palustris repens, vasculis granorum Piperis æmulis.* Folia capillacea, globuli in foliorum alis sessiles, quadripartiti, multa semina minuta continentes. Ad muscos poterit referri.

3. *Lens palustris latifolia punctata C. B. Park.* Folia viciæ, quibus capsulæ lenticulares subtus adnascuntur, seminibus minutissimis repletæ.

4. *Fluvialis Pisana J. B.*

Et Aquaticæ omnes aquis perpetuo immersæ.

His adde *Indicas* sequentes,

5. *Perim-Munja* Hort. Mal. Part. 9. Tab. 75. Lamii foliis Indica Flore viduo.

6. *Kurka* H. M. P. 11. T. 25. *Jusala* Zeylanensibus, radicibus glandulosis esculentis, ad Saxifragam auream accedens, flore fructuque carens.

7. *Katu-Schena* H. M. P. 11. T. 21. Ari foliis Malabarica minor, polyphyllos, radice rotunda, flore fructuque carens.

8. *Piper longum* Occidentale seu Saururus *Plumier.* Hujus notæ sunt, Folium ad unumquemque nodum in plerisque speciebus nervosum, cui opponitur ex adverso fructus seu Julus, è plurimis minutissimis seminibus, arctè undique scapo adhærentibus, adeò densè stipatis ac si unita essent, compositus. Flos vel nullus, vel Botanicis nondum observatus.

9. *Ana-*

9. *Ana-Parua H. M. P.* 7. T. 40. Frutex Parasiticus Aurantiæ ferè foliis Flore carens, tuberculis asperis, numerosa intus semina continentibus, in singulis foliorum alis singulis, pro fructu donatus.

10. *Modira-Valli H. M.* P. 7. T. 46. Frutex Parasiticus Indicus spinosus, flore fructuque carens foliis longis, cuspidatis, spissis, glabris, per margines æqualibus.

11. *Naga-Valli* seu Mandaru-Valli *H. M.* P. 8. T. 29. Clematitis *Indica*, folio bifido, flore fructuque carens..

12. *Naga* seu *Naja-Mu-Valli H. M.* P. 8. T. 30, 31. Clematitis *Indica*, folio bifido, flore fructuque carens, arbores transcendens, stipite lato, crasso, lignoso, spinoso.

13. *Mareta-Inali H. M.* P. 11. T. 63. Convolvulus anadendras, foliis oblongo-rotundis angustis, ad nodos pluribus, flore carens.

14. *Theka-Maravara H. M.* P. 12. T. 22. Parasitica *Indica* repens, è bulbo seu tubere simplici unicum folium producens, flore fructuque carens.

15. *Kathou-Theka-Maravara H. M.* P. 12. T. 25. Parasitica *Indica* bulbifera, foliis angustis, sterilis.

16. *Kattu-Valli H. M.* P. 11. T. 62. Convolvulus anadendras foliis crassis subrotundis, flore fructuque carens.

17. *Valli Modagam H. M.* P. 7. T. 47. Frutex Parasiticus *Indicus*, flore fructuque carens, foliis latioribus.

18. *Wellia-Theka-Maravara H. M.* P. 12. T. 24. Parasitica *Indica* radice tuberosa, foliis nervosis, spicâ longa, gracili, squamosa.

Has omnes & siquæ præterea in *Horto Malabarico* inveniantur flore carere dictæ, floribus revera eas destitui non ausim affirmare. Penes Autores istius Historiæ fides esto.

HERBÆ

HERBÆ FLORIFERÆ.

Herbæ *floriferæ* dividi possunt, ut diximus, in *Dicotyledones* & *Monocotyledones*.

Plantæ semine satæ pleræque binis foliis lobisve seminalibus è terra exeunt, nonnullæ tamen binis lobis seminalibus donatæ eosdem foliorum specie supra terram non efferunt, ut *Fabæ*, *Pisa*, aliaque Legumina: Reliquæ folia succedentibus similia initio protrudunt, cotyledone nutritiva singulari in terra latitante.

Folia seminalia anomala sunt & succedentibus dissimilia, tenellæ autem plantæ cotyledonum usum præstant, succum nutritinm ei alendæ præparantia & præbentia, ut iteratis experimentis clarissimè demonstravit insignissimus Vir D. *Marcellus Malpighius*. Quæ foliis lobisve seminalibus carent Plantarum Embrya, cotyledonem aliquam singularem alimento præparando & subministrando inservientem obtinent. Hujus generis plantæ, paucis exceptis, folia habent graminea, simplicia, nullo modo incisa, crenata aut laciniata, fibris rectis non ramosis per longitudinem extensis, totâque texturâ suâ ab aliis plantis differunt, Florisque respectu dividi possunt quemadmodum Dicotyledones in flore Apetalo seu stamineo & Petalode seu bracteato donatas.

Herbæ floriferæ dicotyledones *sunt vel flore*

- *Apetalo stamineóve*, ex solis staminibus cum suis apicibus constante.
- *Petalode* seu *bracteato*, qui præter stamina & calicem siquis adsit, petalon unum aut plura obtinet. Hæ Flore sunt vel
  - *Composito* seu ex *flosculis aggregato*,
    - *Irregularibus solis*, seu dimidiatis, LACTESCENTES; ut *Lactuca*, *Sonchus*, *Hieracium* &c.
    - *Regularibus*, vel solis, vel irregularium margine cinctis.
  - Hæ vel sunt Flore
    - *Discoide*, seu ex pluribus brevibus flosculis in unam quasi superficiem digestis composito, seminibus vel
      - *Pappo* seu lanugine innascente *alatis*; PAPPOSÆ.
      - *Solidis* seu *Pappo destitutis*; CORYMBIFERÆ.
    - *Fistulari*, seu ex pluribus concavis oblongis flosculis, in longas lacinias plerumque dissectis, composito, calice squamoso infra florem plerumque in ventrem extumescente; CAPITATÆ.
- *Simplici*, seu ex petalis solis cum staminibus & stylo constante.

GENUS

GENUS QUINTUM,

seu

HERBÆ FLORE STAMINEO.

Flos *apetalos stamineusve* est qui solis staminibus & calice constat.

Verum quoniam dantur Flores nonnulli petalodes *nudi* sive calice destituti, de omnibus qui alterutrâ harum partium, nimirum vel calice vel petalis carent, quæstio moveri potest, quænam illa sit quâ careant, quamve habeant, *calixne* an *petala*. Cui ut respondeatur, oportet ut hæ partes rectè definiantur, sive ut ostendatur, in quibus differat *petalon* à *calice*. *Petalon* ergo à *calice*, textura & constitutione teneriore delicatioreque, colore insigni, quodque fugax & minus durabile sit, adeoque vasculi seu involueri usum fructui nunquam præstet, satis videtur distingui. Unde Flores illi quorum partes stamina ambientes texturâ, consistentiâ & colore herbaceo sunt, aut ad fructus usque maturitatem perdurant, petalis carere censendi sunt, ac proinde apetali stamineive denominandi: illi autem quorum partes prædictæ textura & colore diverso sunt, aut decidunt marcescuntve ante seminis maturitatem, calice destitui, adeoque nudi dicendi. Hinc ob texturam & colorem herbaceum *Lupuli*, *Cannabis*, *Urtica &c.* flores, aliique quibus in tota specie nullus succedit *Fructus*, *Semenve*, *Stamineis* censendi sunt: *Persicaria* pariter, *Bistorta*, *Fegopyri* flores ob durabilitatem suam, quia scilicet nec marcescunt, nec defluunt antequam semen maturescat, quamvis figurâ & colore florum petala referant, *Apetalis* stamineisve annumerandi. Verum de his pluribus egimus in *Dissertatione* de *variis Plantarum Methodis*, *pag.* 17, 18. quo Lectorem ablegamus.

Herbæ flore stamineo sunt vel Floribus à *fructu remotis*, vel eisdem *fructui contiguis*.

Quæ floribus sunt à fructu remotis dividi possunt in eas quarum Flores & Fructus 1. totis plantis distant, 2. in eadem planta à se invicem sejuncti & remoti sunt.

Herbæ floribus stamineis Totis Plantis *à fructibus sejunctis.*

Ut Herbæ floribus à fructu totis plantis remotis dicantur, sufficit ut hoc plerumque imò quandoque eveniat, quamvis nonnullæ florem fructumque simul proferant, ut in *Urticis* videmus.

1. *Lupulus*, cujus notæ sunt Folia scabra, in angulos excurrentia, circumscriptione subrotunda, bina opposita, Caules volubiles, Flores & Fructus racemosi. Illi calice quinquepartito excepti, hi squamosi, squamis singulis singula semina, propemodum rotunda, & membranaceo tegmine seu calyptrâ involuta, occultantibus.

D. Tournefortius Elem. Bot. pag. 417. me reprehendit, quod caulibus scandere, & Fructus condiendæ Cerevisiæ, ut diu asservetur & ætatem ferat, utiles proferre, pro notis hujus Generis adhibuerim, quia scilicet essentiales & ad Genus constituendum necessariæ non sunt: quin siquando in posterum occurrerit planta *caule recto, Cerevisiam corrumpens*, cui notæ quas pro Lupuli essentialibus habet conveniant, non dubitaret ille hanc *Lupulum* appellare.

Quibus respondeo, cum notæ hæ omni & soli inter Herbas floribus stamineis à fructu totis plantis remotis Lupulo conveniant, ad illum à reliquis congeneribus distinguendum tantisper inservire poterunt, donec ejusmodi species, qualem in posterum occursuram expectat *D. Tournefortius*, in lucem prodeat. Cur autem in me reprehendit quod ipse facit, siquidem Classis 15. Sect. 3. notam generalem constituit *semina* proferre *pani conficiendo idonea.*

Deinde aptitudinem hanc ad cerevisiam condiendam reliquis notis addidi, non quod necessariam existimarem ad Genus determinandum, sed ex abundanti, ut lectorem in pleniorem & certiorem plantæ notitiam deducerem, quæ hâc notâ, in terris saltem nostris, notior est quam quâvis aliâ.

Præterea in *Dissertatione* de *variis Plantarum methodis* ostendi Lupuli notas certas & characteristicas à Flore & Fructu non posse sumi, cum nec *Flos* nec *Fructus* Lupulis omnibus concedatur, sed mas fructu careat, fœmina flore, quas Lupuli species facit *D. Tournefort.* Nobis

Lupulus mas & fœmina dictæ, ut & *Cannabis* & *Mercurialis* specie convenire censentur, sexu duntaxat differre, quia eodem semine uterque oritur, ut experientiâ in *Cannabi* constat: in reliquis, quamvis nemo fortasse alterutrum severit, necesse est

ut idem eveniat; vel enim sponte provenit *Lupulus* v. g. mas, vel è semine fæminæ cum nullum ipse proferat.

2. *Cannabis*, cujus notæ, Folia digitata, in caule ex adverso bina, cortices robusti, ad funes & linteamina texenda idonei, semina in caulibus conferta, solitaria, calyptrâ seu involucro membranaceo in apicem desinente tecta.

Hæc nota postrema *Cannabi* fæminæ duntaxat convenit, quæ, cum flore etiam careat, nihil habet cum mare commune præter caulem & folia; à quibus ergo notæ characteristicæ, quæ utrisque conveniant, sumantur necesse est. Sciri equidem potest utramque specie convenire, quod ex eodem semine proveniunt. Quid autem hoc ad notam characteristicam, quæ visibilis esse debet, & fronti plantæ, ut ità dicam, inusta?

Priores duas notas rejiciendas censet *D. Tournefortius*. Verum cum nec Flos, nec Fructus omnibus Cannabis individuis detur, ego has notas necessarias esse judico ad Genus determinandum; unde enim aliter scire potero Cannabin marem & fæminam genere convenire?

3. *Urtica*, cujus notæ, caules non ramosi Folia in caule bina adversa, serrata, triangularia, tota superficies spinulis urentibus obsita, Flores fructusque in ligulis sive funiculis tenuibus è foliorum exortu egressis. Fructus seu semina solitaria, duabus conniventibus pelliculis (aut Vossella notante *Tournef.*) pro capsula inclusa. Hæ notæ Urticæ duntaxat *Europææ* conveniunt. Dari ajunt *Ricini* species superficie ut *Urtica* urente. Verum cum plantæ illæ, quas ob fructum tricoccum pro Ricini speciebus habent, toto habitu & facie externa Urticam referant ego potius cum *D. Sloane* ad Urticas eas retulerim.

Dari præterea in *India Occidentali* sive *America* plantas nonnullas tota facie, & partibus præcipuis Urticam referentibus, spinulis urentibus non obsitas, sed quæ innocuè tangi & tractari possunt, à *D. Sloane* & autopsia didici. Proinde Urticæ in duo Genera dividi possunt, nimirum in *urentes* & *fatuas*: urentes iterum in duo, viz. in monospermas & trispermas, seu mavis tricoccas. Generales autem Urticarum notæ sunt, Folia triangularia serrata, Flores fructusque in ligulis tenuibus aut pediculis è foliorum alis egressis.

Notandum autem Flores Fructusque in Urtica non semper totis plantis distare: sed reperiri interdum in eodem caule racemulos floriferos & seminiferos.

4. *Spinachia*, cujus notæ, folia in caulibus alterno ordine vel inordinatè posita, nec serrata, nec crenata. Fructus in foliorum alis conferti, solitarii, hoc est nec plures simul conjuncti, nec plura uno semina seu potius nucleos continentes, alias spinosi, alias læves.

Betam Creticam aculeatam, si Betæ nomen non usurpasset, ad *Lapathum* vel *Spinachiam* potius referrem inquit *J. Bauhinus*. *D. Tournefort* ad Spinachiam refert, cui ego facilè assentior.

5. *Mercurialis*, cujus notæ, Folia in caule bina opposita, per margines crenata, Florum calices triphylli, Fructus in fæmina didymi id est bini conjuncti, singuli singula semina continentes. Calices tryphylli etiam in fæmina fructui subsunt.

6. *Equisetum* ad hoc Genus refero, quamvis de ejus semine mihi nondum planè constet, an scilicet in eadem cum flore planta nascatur necne. Equisetum sylvaticum tenuissimis setis, observante *D. Carolo Preston* M. D. semina profert rotunda, alba, Musci cujusdam seminum æmula, pediculo semunciali tenuissimo, & planè capillaceo, è foliorum geniculis exeunte, sustentata. Verum an semina fuerint hæc corpora, an vascula seminalia dubito. Præterea aliæ Equisetorum species aliter fructum sive florem proferre videntur: nonnullæ in surculo sive Asparago peculiari nudo & à caulibus foliosis distincto, antequam caules erumpunt emergente; aliæ in summis caulibus foliosis spicatim digestos.

Huic Generi pro characteristica sufficiunt folia setacea, pyxidatim articulata.

Herbæ floribus stamineis à fructu sejunctis in eadem planta.

1. *Ambrosia*, cujus notæ, Flosculi in fasciculos coagmentati, Fructus echinati, monospermi, semina oblonga continentes. *D. Tournefort* florem compositum communi calice exceptum huic plantæ tribuit cui etiam suffragatur *D. Preston*. Sive flores compositi, agregative è flosculis sint, sive minus, (Ego enim me nondum observâsse fateor) cum nullum eis semen unquam succedat, nec ipsi colore insignes sint, plantam ad hanc Classem seu tribum ob notam adeò insignem reducendam censeo.

2. *Xanthium* sive Bardana minor, cujus notæ, flosculi ut in præcedente agminatim congesti, Fructus echinati dispermi, hoc est in binis cellulis disjunctis bina semina, (in singulis singula) continentes.

D. Tournefort hæc duo Genera proximè notata inter Herbas flore ex *Surculo composito* disponit, cui ab rationem in præcedenti Genere dictamnos non consentimus.

3. *Ricinus*, cujus notæ, Fructus trigoni, seu ex tribus capsulis cohærentibus, quarum singulæ singula semina, vel osseo, vel cartilagineo involucro tecta continent, compositi.

Notæ

Notæ illæ quas reprehendit *D. Tournefortius*, nimirum caudicem habere lignosum, fructus echinatos, in racemos dispositos *Ricino Europæo* præcipuè conveniunt. Si dentur stirpes *Indicæ* & Exoticæ hujus Generis, his notis carentes, (quod mihi nondum compertum est) omitti aut mutari possunt.

4. *Heliotropium tricoccon*; cujus notæ Fructus verrucosi tricocci hoc est in tribus cellulis tria semina continentes, affrictu cœruleum elegantem colorem reddentes, Folia Heliotropii; quibus, ut & parvitate sua à *Ricino* distinguitur.

D. Tournefortius Ricinoidibus à se dictis plantis hanc herbam annumerat. Ricinoides autem à Ricinis genuinis distinguit, quod hi florem habeant apetalon, plurimis staminibus calici insidentibus constantem; cum illæ (Ricinoides) florem obtineant Rosaceum, è plurimis petalis in orbem positis constantem, calyci multifolio insidentibus.

Secundò,

Herbæ flore flamineo fructui contiguo.

I.

Semine triquetro vel anguloso.

1. *Lapathum*, cujus notæ, Calix floris è sex foliis, in duos ordines, ternis constantes, divisis compositus, quorum interiora tria magnitudine aucta connivent, & semen obtegunt, interdum arctè adhærentia; Semen triquetrum splendens.

2. *Acetosa* à Lapatho non aliter quam sapore acido differt.

3. *Fegopyron*, cujus notæ, Flores in spicis, aut racemulis è foliorum alis egressis speciosi quorum calices in 5 partes divisi, florum petala imitantes, semina claudunt triquetra nigricantia; Radices fibrosæ.

4. *Persicaria*, cujus notæ, Flores in spicis summos caules & ramulos terminantibus, quorum calices tetraphylli aut pentaphylli; Radices fibrosæ, quo ut & seminis formâ à Bistorta differt, Semen lucidum, non exactè triquetrum. Unum etenim latus, reliquis duobus ferè par est, adeò ut angulus his contentus valdè obtusus sit, reliqui duo acuti, quo à congeneribus facile distinguitur.

Tournefortius & *Hermannus* semina depressa seu plana in acumen desinentia huic plantæ attribuunt.

Nota certa, quâ, quatenus ego hactenus observavi, Persicariæ ab aliis plantis distingui possunt, est membrana ex adverso

foliorum ſed præcipuè ramulorum è ſinubus foliorum egredientium caulem ſuccingens ſeu involvens.

5. *Polygonum*, cujus notæ, Flores in foliorum alis, quorum calices in ſegmenta diviſi, ſemen exactè triquetrum. Nec omittenda geniculà crebra, unde nomen, & folia parva, integra.

D. Tournefortius herbam hanc calicis formâ oblongâ, quinquepartitâ, & ſeminis figurâ triquetrâ à *Perſicaria* diſtinguit; à Biſtorta eâdem floris formâ, & radicibus fibroſis.

6 *Biſtorta*, cujus notæ, Flores ſpecioſi in ſpicis habitioribus, ſummos caules terminantibus, quinquepartiti, radices intortæ & convolutæ, multis fibrillis capillatæ, Semina exactè triquetra.

In ſpeciebus hujus Generis nonnullis pars ſpicæ ſuperior floſculis ornatur, inferior tuberculis quibusdam, quæ nihil aliud ſunt (ex ſententia *D. Tournefort* & noſtra) quam radices juvenes plantam producentes ſimilem illi à qua geſtantur. Hujusmodi radices à Bulboſis nonnullis plantis, ut v. gr. *Aili* ſpeciebus pleriſque, in ſummis caulibus inter flores proferuntur, quæ à ſeminibus diverſa ſunt, & bulbi puſilli eſſe videntur. Inter cætera *Allium corvinum* dictum ſive juncifolium capitatum purpuraſcens majus *C. B.* hujus ſe propagandi modi adeò avidum eſt, ut rariſſime floreat & ſemen proferat. Ego certè non memini me unquam florentem vidiſſe, verum ſemper in ſummo caule capitulum è bulbillis ſolis denſè ſtipatis compoſitum geſtantem.

7. *Potamogeiton*, cujus notæ, Flores in ſpicas digeſti, calices quadrifolii; ſemina quaterna anguloſa ſingulis floſculis ſuccedentia. Folia in caulibus ſolitaria, alterno ordine ſita, niſi ubi ſpicæ exeunt, ubi bina adverſa. (*Hanc notam non neceſſariam exiſtimat D. Tournefortius, ut ego valdè utilem.*) In aquoſis, vel potius aquis ipſis naſci & degere: unde nomen ſumpſit.

Herbæ flore ſtamineo fructui contiguo.

II.

Seminibus rotundis, vel globoſis, vel paululum compreſſis, non anguloſis.

1. *Nudis, hoc eſt nullo præter perianthium vaſculo tectis.*

1. Atriplex, cujus notæ, ſemen rotundum, paululum compreſſum, duabus valvulis conniventibus ceu folliculo quodam, incluſum.

D. Tournefortius duum generum ſemina Atriplici tribuit, unum

unum flori ſuccedens, ejusque calicis foliis ſe incurvantibus & illud amplexantibus obtectum, alterum duobus foliolis conniventibus incluſum. Nos etiam in eadem planta duo ſeminum genera obſervavimus, alterum altero tum magnitudine duplo majus, tum colore diverſum.

2. *Blitum ſylveſtre* nobis dictum, Chenopodium *Tournefortio*, cujus notæ ſemina rotunda, in nonnuliis ſpeciebus paululum compreſſa, in aliis ad ſphæricam figuram accedentia, ſemina ſolitaria, quibus perianthia pro vaſculis ſunt, interdum arctè, interdum laxius ea amplectentia, plerumque quinquefida.

Huic Generi tum *Tournefortius*, tum *Hermannus* linariam ſcopariam dictam adjudicant.

3. *Blitum hortenſe*, cujus notæ, calix floris in tres partes profundè diviſus, ſemina ſolitaria in capſulis ſeu veſicis, quæ nihil aliud ſunt quam calices, qui hanc formam aſſumpſerunt.

Has notas utrique Blito hortenſi, tam majori quam minori, attribuit *D. Tournefortius*: & recte, id confirmante *D. Preſton* teſte autopta, nobis etiam in planta ſicca nuperimè obſervantibus. *D. Hermannus* Blito hortenſi *majori* ſemen vaſculo membranaceo rugoſo incluſum adſcribit, *minori* tam rubro quam albo capſulam oblongam unicum ſemen continentem, perque maturitatem horizontaliter diſſilientem; ideoque Amarantis monoſpermis ea annumerat; Et revera Amaranti ſpecies ſunt quas pro Blito albo & rubro minori habet *D. Hermannus*.

Idem *Hermannus* Atriplicem Halimum dictum utrumque Blitis accenſet; *Tournefortius*, & rectè ex noſtra obſervatione, Atriplicibus.

4. *Parietaria*, cujus notæ, Flores in foliorum alis conferti, ſemina diverſarum formarum, in ſingulis calicibus ſingula.

Ex noſtra obſervatione planta hæc flores nonnullos perfectos obtinet, tum calice triphyllo, tum petalo ſimplici conſtantes, in cujus tubo ſemen cubat; ut valde anomala ſit. Aſperitas ſuperficiei nota eſt non contemnenda in hoc genere, quantum mihi videtur.

5. *Alchimilla*, cujus notæ, Florum calices in 8 ſegmenta diviſi, vaſcula ſeminalia ſingula bina ſemina continentia; Florum ſitus in ſummis caulibus. *Hermannus* ſingulis calicibus ſingula ſemina tribuit. *D. Tournefortius* nunc ſingula, nunc bina vel terna, quia ſcilicet *Percepier* & *Knawel* Alchimillæ ſpecies facit, quæ meâ ſententia toto genere ab ea differunt.

6. *Percepier* ſitu florum in foliorum alis, calicibus quadripartitis, ſeminibus in ſingulis utriculis ſingulis ab *Alchimilla* differt, ut omnino Genere diſtinctum ſit.

27. *Knawel*, cujus notæ, Florum calices ſtellati, in quinque acuta ſegmenta diviſi, ſinguli ſingulis ſeminibus inſidentes, in caulium & ramulorum divaricationibus, inque ſummis ramulis.

Hanc herbulam ad Alchimillam refert *D. Tournefortius*, cum qua parum, ut mihi videtur, habet ſimilitudinis.

8. *Camphoratæ*, autore *D. Magnol*, vaſculum herbaceum, ex quo 4 ſtamina parva prodeunt &c. cui ſuccedit ſemen nigrum oblongum. *Camphoratæ* nulla apud *Tournefortium* mentio, quod ſciam.

9. *Kali* Soda dictum, cujus notæ, fructus ad ſingulos Flores ſinguli, aliàs aculeati aliàs læves, ſemina vel potius nucleos continentes cochleatos ſeu ſerpentis adinſtar in ſpiram convolutos. *Kali geniculatum* nullum omnino florem, quod ego unquam obſervaverim, producit, ideoque hinc ad Herbas flore deſtitutas transferendum eſt.

10. *Herniariam* Genus diſtinctum facit *D. Tournefortius*, cujus notæ, ipſo teſte, Flos quinque ſtaminulis plerumque conſtans, cujus calix flore præterito capſula evadit oblonga & canaliculata, ſeminibus aliquot e ſtylo ortum habentibus repleta, ſingulis involucro tenui contectis. *Hermannus* ſingula unicuique flori ſemina ſuccedere ſcribit. *D. Volckamer* ſemina pericarpio membranaceo, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur includi obſervavit, cujus *Floram Norimbergicam* conſule. Ex accuratis & ſæpius iteratis obſervationibus *D. Caroli Preſton M. D. Edinburgenſis*, florem habet quadrifolium, herbaceum, cujus piſtillum (ità enim cum *D. Tournefort* loquitur) in capſulam rotundam, membranaceam ſtriatam abit, fructui lini cathartici ſimilem in 8 loculamenta diviſam, in quorum unoquoque continetur unicum parvum ovato-acuminatum ſemen. Hujus obſervationibus acquieſco, proinde & plantam ad ſequens Genus transferendum cenſeo.

11. *Paronychia Hiſpanica* Cluſi. Polygonum minus candicans ſupinum *C. B.* cujus notæ, Flos 5 ſtaminibus conſtans, quem ſuſtinet calix pelvis figurâ, in 5 partes in caputium quoddam terminatas diſſectus, qui in capſulam 5 coſtis elatam abit, & unicum intus ſemen continet notante *D. Tournefort. J. Bauhinus* ſemen Polygoni ei attribuit: unde nos in Hiſtoria Polygono eam annumeravimus.

2. *Seminibus vasculo inclusis.*

1. *Beta*, cujus notæ, Fructus verrucosus osseus, duobus tribusve loculis totidem semina continens, cui flos insidet, calice quinquefolio donatus. *Tournefort.* Verum ex nostra observatione singulis floribus singula subsunt vascula ossea, singula semina continentia. Tria quatuorve hujusmodi vascula arctè cohærentia unicum globulum verrucosum efficiunt.

2. *Saxifraga aurea*, cujus notæ, Floris calix quadripartitus, vasculum seminale bicorne seu geminum in medio flore extans, plurimis seminibus repletum.

3. *Asarum*, cujus notæ, Calix floris tripartitus, Fructus in sex loculamenta, seminibus oblongis repleta divisus. Adde folia colore Hederaceorum & ferè consistentiâ, figura rotundiore.

Cum paucissimis herbis folia hujusmodi concedantur, meritò notis hujus characteristicis eorum textura & color adjicitur.

Nos quidem in *Methodo Plantorum nova*, inque *Historia nostra generali* Asaro, fructum tribuimus in terna loculamenta divisum, perque maturitatem in tres carinas dehiscentem. Veruntamen quamvis in tres carinas per maturitatem dehiscat, in sex tamen cellas seu loculamenta dividitur ut *Johan. Bauhinus* olim, & certior magistra experientia nos nuper edocuit.

4. *Amaranthus*, cujus duo genera; Utriusque communes notæ sunt coma speciosa & immarcescibilis semina capsulis membranaceis oblongis, per maturitatem transversim seu horizontaliter dissilientibus, Portulacæ aut Anagallidis terrestris in modum, inclusa. In priore genere coma asperior est & minus splendens, singulæque capsulæ singula semina continent; in posteriore coma splendidior est & velut sericea, capsulæ autem singulæ plura semina continent.

Coma quam dixi, quamvis in multis speciebus, posterioris præsertim generis, pulcherrimè colorata sit, & vel sericum ipsum nitore provocet, consistentiâ tamen minus tenera est magisque exsucca quam florum petala, unde diutius durat nec ita subitò marcescit aut colorem mutat.

5. Amaranthis subjicit *D. Hermannus* Plantas quasdam Indicas & Americanas *Amaranthoides* dictas, quarum & nos multas species vidimus, ex *Indiis* advectas.

Amaranthoides autem ab Amarantho differt spicis seu capitulis squamosis brevioribus, sub singulis squamis singulos flosculos quinquepartitos continentibus, seminibus in pellicula tenui inclusis. Sicut Amaranthorum ità & horum duo genera *D. Hermannus* distinguit. Illorum primum in vasculo mucronato, seu conico per maturitatem horizontaliter dissiliente claudit semen

unicum, orbiculatum, lucidum. Alterum verò in confimili vafculo femina plura priori paria. Horum (quæ fcilicet ob affinitatem *Amaranthoides* vocantur) prius in pellicula tenui tanquam pufillo valculo occultat femen unicum lucidum; pofterius verò femina plura. Fatendum equidem eft Amaranthoides dictas plantas ad hoc Genus propriè non pertinere, cum notam ejus characterifticam hoc eft, florem *ftamineum* non habeant, fed *perfectum*, calice & bracteâ coloratâ compofitum. Verum ob convenientiam cum Amarantho in coma immarcefcibili, reliquoque habitu & facie externa a celebrioribus Botanicis, nec præter rationem, Amaranthis fubnectuntur.

6. *Plantago*, *Coronopus*, *Pfyllium*.

7. *Pimpinella*.

Hæc duo Genera quò referrem diu dubius fui, An fcilicet ad Herbas flore ftamineo donatas; an ad eas quæ flore funt petalode feu bracteato. Utriusque flores ftaminofi admodum funt, ftaminibus prælongis confertis; petala vero parva, herbacea, nec admodum confpicua, proinde fi quis cum *D. Hermanno* & *D. Magnol* eas huc retulerit, me non invito id faciet.

De

De *Herbis* FLORE COMPOSITO *seu aggregato.*

Flos *compositus* seu aggregatus nobis dicitur, qui ex pluribus flosculis partialibus in unum totalem (ut cum Philosophis loquar) coeuntibus constat, quorum unusquisque non tantum folio seu bractea coloratâ, verum insuper vel staminibus, vel stylo constat, singuli autem singulis seminibus cohærent Hujusmodi flos ab *umbella*, *corymbo*, *spica* differt, quod flosculi omnes communi perianthio contineantur, quòd singuli singulis seminibus arctè stipatis nudis insideant, quòd denique petalorum majorum circulum, medium orbem radiatim cingentium obtineant. Oportet autem ad florem compositum constituendum, ut priores saltem duæ conditiones adsint. Flores etenim nonnulli perianthium habent commune, ut *Caryophyllus marinus*, *Ranunculus corniculatus &c.* verum quia flosculi singuli suos etiam calices privatos & capsulas seminales habent, nec seminibus prædicto modo insident, *Flores compositi* censendi non sunt.

Herbæ flore Composito sunt

Vel *Flore planifolio naturæ pleno*, seu mavis Flore è flosculis irregularibus tantum composito, ut *D. Rivinus* eum vocat; seu Flore è semiflosculis seu flosculis dimidiatis conflato, ut loqui amat *D. Tournefortius*.

Vel *flore discoide*, hoc est, ex pluribus brevibus & confertis flosculis (quos nonnulli perperam staminia vocant) in unam quasi apparentem superficiem digestis composito, quæ distinguuntur in *Papposas*, quarum scilicet seminibus pappus seu lanugo innascitur, & *Corymbiferas* quarum semina solida sunt & pappo destituta.

Vel *Flore fistulari*, qui ex plurimis concavis oblongis flosculis, ad margines plerumque in longas lacinias dissecti constant, ut *Cyani*, *Jacea &c.* Hoc genus herbæ *Capitatæ* dicuntur, quia calix earum squamosus plerumque in ventrem extumescit.

Corymbiferis subjungimus stirpes nonnullas iis quæ flore composito sunt affines, v. g. *Scabiosam*, quæ florem habet totalem è pluribus flosculis compositum, & communi calice exceptum. Verum flosculi illi suos præterea calices habent privatos.

Posset hæc *Corymbiferis* genuinis annumerari.

Dipsacum, quæ ad spicæ seu capituli basin folia quædam obtinet perianthii æmula; Flosculos autem foliola in alveolum flexa & squamatim disposita sinu suo amplectuntur qui corollæ insident summo semini innascenti. &c.

Eryngium, *&c.* Sed harum notas characteristicas vide infra.

Herba FLORE COMPOSITO *sunt vel flore*

- *Planifolio, naturâ pleno*, seu ex flosculis irregularibus tantum composito; SUCCO LACTEO PRÆGNANTES.
  - *Papposæ*, seu seminibus pappo alatis; ut *Lactuca*, *Hieracium &c.*
  - *Pappo destituta*, seu seminibus solidis, ut *Cichorium &c.*
- *Discoide*, seu ex pluribus brevibus & confertis flosculis in unam quasi superficiem digestis composito, quæ semina habent vel
  - *Pappo* seu lanugine innascente alata; PAPPOSÆ.
  - *Solida* seu pappo destituta; CORYMBIFERÆ.
- *Fistulari*, seu ex plurimis concavis oblongis flosculis, in longas lacinias plerumque dissectis, composito; CAPITATÆ.

GENUS

GENUS SEXTUM

seu

Herbarum flore composito Genus Primum,

PLANIPETALÆ LACTESCENTES

Quarum Flos

E flosculis irregularibus tantum, ut cum D. Rivino *loquar, componitur; seu quæ flore sunt* planifolio *naturâ pleno*, lactescentes, *ut cum* Joach. Jungio; *seu quæ flore sunt è semiflosculis aut Flosculis dimidiatis composito, ut cum* D. Tournefortio *loquar.*

I.

Papposæ, *seu* seminibus pappo alatis.

1. *Lactuca*, cujus notæ, semina brevia, latiuscula & compressa, utrinque acuminata, caules plerumque graciles, firmi & rigidi, capitula parva gracilia, oblongis calycibus squamosis septa. 9:1:10:5 ad versus mon

Si mihi notæ fuissent Lactuca Canadensis angustifolia, flore pallide luteo *Elem. Bot.* & Lact. Canad. altissima flore leucophæo *Elem. Bot.* caules graciliores me haud dubiè non recensuisse inter Lactucæ notas scribit *D. Tournefortius.* Ego hanc notam adjeci, ut *Lactucam* à Soncho distinguerem nec de *Lactucis* illis *Canadensibus* quid dicam habeo, cum eas nondum viderim.

2. *Sonchus*, qui capitulis grandioribus, postquam defloruerunt figuram quodammodo conicam assumentibus, (ut rectè notat *D. Tournefort*) caulibus tenerioribus & fistulosioribus à *Lactuca* & *Hieracio* differt.

3. *Chondrillæ* notam *D. Tournefort* statuit calicem cylindricum, ad basin usque in plures partes dissectum ejusque species fecit

1. Chondrillam junceam viscosam arvensem *C. B.*
2. Hieracium pulchrum *J. B.*
3. Sonchum lævem laciniatum muralem, parvis floribus *C. B.*
4. Lactucam montanam purpuro-cœruleam majorem *Ejusd.*

Et

Et ego ſanè has notas pro *Chondrillæ* characteriſticis libenter admitterem ſi reliqui Botanici conſentirent. Verum Cl. Vir *P. Hermannus* alias ejus Generis notas exhibet. & quidem Herbis quas Botanici *Chondrillas* vocant convenientiores, nimirum florum capitula ſeu caliculos Lactucæ minores, caulibus ſecundum longitudinem preſſius junctos, *Folia* alterna, lævia, lactucæ anguſtiora, *ſemina* oblonga & angulta, ejusque ſpecies conſtituit.

1. Chondrillam vimineam viſcoſam Monſpeliacam *C. B. Prod.*
2. Chondrillam viſcoſam humilem *Ejuſd. ibid.*
3. Chondrillam viſcoſam caule foliis obducto *C. B.*

4. *Hieracium* à *Soncho* differt caulibus gracilioribus nec adeo teneris aut fiſtulofis; à *Lactuca* formâ ſeminis teretiuſculâ angulosâ aut ſtriata, capitulis etiam pro magnitudine brevioribus & craſſioribus.

5. *Pulmonaria* Gallorum à reliquis Hieraciis differt ſemine parvo brevi nigro; ab Auricula muris quod folia pilis longis hirta non ſint quemadmodum illius, & in plerisque ſpeciebus laciniata aut dentata.

6. *Auricula muris* ſeminis forma & colore, quibus cum Pulmonaria convenit, ab Hieracio differt; foliis integris, & pilis longis hirtis a Pulmonaria diſtinguitur. Pleræque etiam Auriculæ muris ſpecies flagellis ſive caulibus reptant.

7. *Dens leonis*, cujus notæ caulis nudus, non ramoſus, unicum in faſtigio florem geſtans. Addit *D. Tournefortius* concavus. Verum ſi hanc notam admittimus, pauciſſimæ erunt hujus Generis ſpecies, nec facile eſt determinare quousque ſe extendat illa vox: cum nota, quam nos à *Jungio* mutuati ſumus, certa & clara ſit, & pluribus ſpeciebus communis.

8. *Scorzonera* notæ ſunt, Flos magnus, calix oblongus gracilis, ſquamis grandioribus compoſitus. Adde folia longa glabra nervoſa, radix perennis.

9. *Tragopogon* folia longa. A Scorzonera reliquisque hujus generis in eo diſtinguitur, quod calix ejus minimè ſquamoſus ſit, ſed ex ſimplici foliorum ſeu mavis ſegmentorum ſerie ſeu vallo æqualifere ordine extenſorum, compoſitus; quodque radii ejus florum petala longitudine ſuperent, unde floris circumferentia, calicis foliis excedentibus, ſtellata efficitur.

10. *Zacyntha* ſive *Cichorium verrucarium*, cujus notæ, Calix ſquamoſus qui flore delapſo formam rotulæ radiatæ aſſumit, radiis Melonis coſtarum in modum elatis: unaquæque autem coſta capſulæ ſpecies eſt, ſemen unicum includens, pappo criſtatum obſervante *D. Tournefort*, non, ut ego opinabar, ſolidum ſeu pappo deſtitutum.

Semini-

II.

Seminibus solidis *sive pappo destitutis.*

1. *Cichorii* nota, quâ à reliquis hujus generis distinguitur, est florum situs è lateribus caulis & ramorum egredientium velut spicatim pediculis brevibus non ut in aliis summos caules & ramulos terminantium. Adde è *D. Tournefort.* Elem. Bot. Semina angulosa cuneo parvo plerumque similia, orâ membranaceâ summa parte ornata.

Endivia foliis brevioribus minus sectis à Cichoreo differt, quodque annua planta fit, cum Cichoreum perennet.

Cæterum, (ut rectè observat *D. Hermannus*) Intybi & Cichorei flores ad foliorum sedes hærent.

Cichorium verrucarium, observante *D. Tournefortio*, semina habet papposa, ideoque ad Genus præcedens removendum est.

2. *Lampsana*, cujus notæ, calix simplex, seu unicâ laminâ constans, in plures partes sive segmenta ad basin usque divisâ. Florum situ & figurâ Hieracium refert.

3. *Hyoseris Tab.* In hac petala floris extima, seu flosculi marginales, folia calicis quibus incumbunt longitudine vix excedunt: caules nudi sunt.

4. *Hieracium falcatum*, Hieracium capitulum inclinans, semine adunco *C. B.* cujus notæ, Calix floris unico foliorum ceu palorum vallo constans, columnæ striatæ ferè similis. Flore delapso singula calicis foliola singula semina sinu suo amplectuntur; supersunt adhuc in medio duo vel tria semina nuda.

5. *Hieracium stellatum*, Hieracium siliquâ falcata *C. B.* cui *Rhagadioli* nomen imponit *D. Tournefort* Elem. Bot. pag. 381. Notæ ejus sunt, Calix foliis angustis canaliculatis compositus, quæ flore delapso totidem vaginæ membranaceæ stellatim dispositæ evadunt, singulæ singula semina continentes.

6. *Catanance quorundam*, Chondrilla cærulea Cyani capitulis *C. B.* Hæc planta flore est radiato flosculis marginalibus iis quæ discum medium componunt, multo longioribus; quamvis, adnotante *D. Tournefort*, ejusdem omnes figuræ sint, hoc est, Semiflosculi seu flosculi velut dimidiati. Reperitur tamen circa Monspelium flore magis completo, quæ an hujus tantum varietas sit seu species quædam degener, ut *Matricaria*, aut *Chamamelum* flore pleno, me latet.

7. *Scolymus*, id est, Carduus Chrysanthemus seu Eryngium luteum dictum, cujus notæ sunt Folia spinosa Carduo similia, Flosculi & semina foliolo ad singula apposito separata. *Tournefort.*

GENUS

GENUS SEPTIMUM,

seu

Herbarum flore composito Genus Secundum,

Quæ flore sunt

DISCOIDE, SEMINE PAPPOSO.

Hæ vel sunt Flore

- *Radiato*, seu ex flosculis regularibus & irregularibus simul composito, seu disco medio barbularum corona cincto; calice
  - *Expanso*,
    - *Squamoso*,
      - *Odorata*,
        - *Maxima* omnibus suis partibus; HELENIUM sive *Enula campana*.
        - *Minor*, CONYZA.
      - *Inodora*, floribus
        - In summis caulibus & ramulis dispositis; ASTER.
        - In spicas secundum caules digestis; VIRGA AUREA.
    - *In plures laciniæ ad basin usque fisso, non tamen squamoso*; floribus
      - *Foliis antevertentibus*, in singulis caulibus singulis; TUSSILAGO.
      - *Foliis succedentibus*; DORONICUM.
  - *Contracto* in formam ferè cylindricam; foliis
    - *Laciniatis*, JACOBÆA.
    - *Integris*; DORIA, *Solidago*.
- *Nudo*; vide Tab. seq.

Herbæ

I.

Herbæ flore discoide, semine papposo flore radiato.

1. *Conyza*, Herba est odorata, hirsuta & glutinosa, foliis integris. Conyzam ab Astere separamus, nè nimis innovemus, plurimasque herbas quæ hoc nomine apud Botanicos recepto jamdiu innotuere ab ejus communione excludamus, partim nè Asteris genus nimia specierum multitudine oneremus.

2. *Aster* nobis censetur Herba flore composito radiato in pappos abeunte, calice squamoso expanso, foliis integris, inodora. *Conyza palustris laciniata* in reliquis cum Astere convenit, foliis laciniatis differt.

Ceterum in *America* invenitur peculiare Asteris genus florum pediculis foliolis plurimis cinctis.

3. *Virga aurea*, cujus notæ sunt, flores minores aurei, brevibus pediculis, in spicas secundum caules & ramulos excurrentes, folia integra.

4. *Helenium* partium omnium, radicis, florum, foliorum magnitudine à reliquis Asteribus differt.

5. *Tussilago*, cujus notæ, flores folia antevertentes & brevi marcescentes, numerosissimis barbulis radiati, in singulis cauliculis singuli, calix in plures partes ad basin usque fissus, folia subrotunda, subtus incana.

6. *Doronicum*, cujus notæ flores ampli flavi, in summis caulibus & ramulis magis sparsi, calices expansi, in plures partes ad basin usque fissi, non squamosi, sed simplici segmentorum circulo constantes.

7. *Jacobæa*, à cæteris papposis non lactescentibus foliis laciniatis, floribus flavis radiatis differt. *D. Tournefort* certiorem notam adfert, nimirum quod calix tubus cylindricus ferè sit, in plures partes seu segmenta ad basin usque fissus, adeoque Doriam dictam, Solidaginem Saracenicam, Conyzam palustrem ferratifoliam ad Jacobæam reducit quia scilicet hâc notâ cum Jacobæa conveniunt. Verum tota plantæ facies in *Doria*, *Solidagine Saracenica*, *Conyza palustri ferratifolia* aliisque in tantum differt à *Jacobæa vulgari* ut plus apud me valeat hæc dissimilitudo ad eas à *Jacobæa* separandas, quam calicis florum convenientia sola ad utrasque conjungendas.

8. *Doria*, foliis integris oblongis, à Jacobæa differt. Flores lutei in umbellæ formam disponuntur. Solidago Saracenica Doriæ species est.

II.

Herbæ flore discoide semine papposo, flore nudo.

1. *Petasites*, cujus notæ, flores folia antevertentes, in eodem caule plures, in thyrsum dispositi, brevi cum calycibus exarescentes, calix cylindricus in plures partes ad basin usque dissectus, folia subrotunda Bechii, sed majora.

2. *Cacalia*, notæ sunt calix floris integer, tubi cylindrici formâ, ad margines duntaxat denticulatus, flosculi quadrifidi *Tournef.* folia subrotunda, integra serrata.

3. *Senecio*, cui calix longus, cylindricus, simplici velut palorum vallo constans, folia dissecta.

4. *Elichrysum*, seu *Stœchas citrina*, cujus notæ, calicis squamæ lucidæ auratæ aut argentatæ, in nonnullis speciebus florum petala mentientes.

5. *Gnaphalium*, cui folia integra tomentosa, calix squamosus, verum squamis nec lucidis neque coloratis, quo ab Elichryso differt.

6. *Baccharis*, cui calix squamosus & fere cylindricus.

7. *Eupatorium* Avicennæ sive Conyzoides, cujus notæ, caules inferius non ramosi, foliis binis ternisve ad eundem exortum per intervalla cincti, quod rarum est in hac classe & peculiare genus constituit, flores calycibus angustis oblongis, squamosis septi, in summis caulibus in umbellæ formam dispositi.

Hujus generis plurimæ in *America* inveniuntur species, in *Europa* unam duntaxat novi, nimirum Eupatorium folio digitato seu cannabino.

Herbæ flore discoide nudo *semine papposo sunt vel floribus*

- *Folia antevertentibus*, in eodem caule pluribus; PETASITES.
- *Foliis succedentibus*; calycibus
  - *Non squamosis*;
    - *Integris*, tubi cylindrici formâ, ad margines duntaxat denticulatis, flosculis quadrifidis, CACALIA.
    - *E simplici foliolorum circulo* seu vallo *constantibus*, oblongis cylindraceis; SENECIO.
  - *Squamosis*;
    - *Magis expansis*,
      - *E squamis lucidis auratis aut argentatis*, florum petala mentientibus, *compositus*; ELICHRYSUM. *Stœchas citrina.*
      - *Nec coloratis neque lucidis*; GNAPHALIUM.
    - *Contractis* in formam cylindricam;
      - *Habitiorem*; BACCHARIS, Conyza major vulgaris.
      - *Gracilem*, teretem oblongam è squamis compositam; EUPATORIUM *cannabinum*, seu *Avicennæ*.

GENUS

GENUS OCTAVUM,

seu Herbarum flore composito Genus Tertium,

Flore discoide, seminibus pappo destitutis.

CORYMBIFERÆ.

Hæ vel sunt Flore.

- *Radiato*; barbulis marginalibus
  - *Seminibus nullis insidentibus*, cuspidatis, foliis & calicibus
    - *Lævibus*; seminibus foliorum corollâ ornatis; XERANTHEMUM.
    - *Spinosis*, seminibus foliis canaliculatis à se mutuò separatis, pilorum penecillo coronatis; CARLINA.
  - *Seminibus* singulis insidentibus;
    - *Cuspidatis*; flosculis & seminibus foliolis canaliculatis separatis, his etiam duobus foliolis in vertice ornatis; FLOS SOLIS.
    - *Frontatis*; seminibus
      - *Incurvis*; CALENDULA.
      - *Rectioribus*; flore
        - *Unicolore*; tùm barbulis, tum medio umbone
          - *Aureis*; calice
            - *Integro* dentato, seminibus longis compressis; FLOS AFRICANUS.
            - *Squamoso*; seminibus
              - *Striatis*, nudis; CHRYSANTHEMUM.
              - *Compressis* cornutis seu bidentibus; CANNABINA AQUATICA.
          - *Albis* in umbellæ formam in summis caulibus dispositis; foliis
            - *Integris*; PTARMICA.
            - *Laciniatis*; ABSINTH. UMBELLIFERŪ.
            - *Tenuissimè dissectis*; MILLEFOLIUM.
        - *Diversicolore*; medio disco flavo, barbulis albis; floribus.
          - *In singulis caulibus singulis*; calice simplici in aliquot lacinias ad basin usque dissecto BELLIS MINOR.
          - *In singulis caulibus pluribus.*
            - *Magis sparsis*; foliis
              - *Minus dissectis*; BUPHTHALMUM *vulgare*, BELLIS MAJOR.
              - *Tenuissime laciniatis*; CHAMÆMELIUM.
            - *Velut umbellatim digestis* in summis caulibus & ramulis; MATRICARIA.
- Nudo; vide Tab. seq.

I.

Corymbiferæ flore radiato.

1. *Barbulis infœcundis.*

1. *Xeranthemum*, cujus notæ sunt, flores discoides radiati, petalis rigidis, exaridis, cuspidatis, nullis seminibus insidentibus, foliis & calicibus lævibus, subincanis, seminibus foliolorum corolla ornatis, ex observatione *D. Tournef.*

2. *Carlina*, cujus notæ, flores discoides radiati, in capitulis squamosis & spinosis, Cardui facie; seminibus foliis canaliculatis à se mutuò separatis, pilorum penecillo coronatis, petalis marginalibus nullis seminibus insidentibus.

2. *Barbulis fœcundis.*

1. *Flos Solis*, cujus notæ, barbulæ medium discum cingentes flavæ & cuspidatæ, flores & semina foliolis canaliculatis separata, hæc etiam summa parte duobus foliolis ornata. Seminibus excussis floris fundus velut favus melle vacuus apparet.

2. *Calendula*, cujus notæ, flores discoides radiati, flavi aureive petalis frontatis & crenatis, semina incurva & aspera, externis longioribus, internis brevioribus, folia oblonga integra.

Pro capsulis semina continentibus habet *D. Tournefort* quæ nobis semina nuda censentur.

3. *Chrysanthemum*, cujus notæ flos flavus aureusve, semina striata: Addit *D. Tournefort* nuda, absque capitulo sive corolla foliolorum, qualis in *Flore Solis* cernitur.

4. *Bellis major*, quam *Leucanthemum* vocat *D. Tournefortius*, nec ulla alia in re à *Chrysanthemo* differre asserit quam colore flosculorum seu barbularum coronæ albo.

5. *Flos Africanus*, cujus notæ calix integer dentatus, florum petala marginalia lata non crenata, semina longa compressa, capitulo è foliolis composito coronata.

6. *Ptarmica* flores umbellatim congesti, barbulæ albæ, medius discus eisdem concolor, folia vel integra, vel in pauciores & majores lacinias dissecta.

Huc referenda Absinthium Alpinum umbelliferum, Millefolium montanum purpureum Tanaceti foliis *A. R. P.* Ptarmica Alpina Matricariæ foliis *Triumph.* & Dracunculus alter Alpinus foliis Agerati *H. R. P.*

7. *Millefolii* notæ sunt, flores in summis caulibus & ramulis

in umbellæ formam dispositi, barbulis medio disco concoloribus, folia tenuissimè dissecta, quo à *Ptarmica* differt.

8. *Matricariæ* notæ sunt, flores velut in umbella, barbulis albis discum medium luteum cingentibus. Adde è *D. Tournefort* folia in aliquot paria laciniarum ad mediam usque costam incisa, laciniis etiam per margines sectis.

9. *Bellis minor*, cujus notæ, caulis nudus, non ramosus. Adde calicem floris simplicem in aliquot partes ad basin usque dissectum, capitulum in pyramidem flore delapso assurgens.

10. *Chamæmelum*, cujus notæ, folia tenuissime dissecta, flores sparsi, foliis marginalibus albis discum flavum cingentibus.

11. *Cannabinæ aquatica*, Chrysanthemum bidens, foliis bijugis, cujus notæ semen cornutum seu bidens folia in caule bijuga, flores interdum radiati, aliàs nudi.

Hujus generis in *America* multæ reperiuntur species, aliæ monanthes sive flore in uno caule unico, aliæ polyanthes.

II.

Corymbiferæ flore nudo.

1. *Absinthium*, cujus notæ sunt flores nudi deorsum vergentes, caulis indeterminatus, folia incana, amaror insignis.

2. Verum, ut verum fatear, Absinthium ab *Abrotano* certis & propriis notis, quæ omnibus Absinthii, nullis *Abrotani* speciebus conveniant distinguere, perdifficile est. Nec enim amaror insignis, qui in plerisque Absinthii speciebus sentitur, ad id sufficit; cum inveniantur Absinthii species absque amarore, ut v. g. *Absinthium insipidum*, & vice versa Abrotani aliquot species amarore notabili præditæ. Nec foliorum canities; cum observentur etiam species Abrotani foliis candicantibus, ut v. g. *Abrotanum mas angustifolium incanum C. B.* At neque ad substantiam lignosam, quà Abrotânum excellit, confugere licet, cum & Absinthii quædam species fruticescant, nimirum *Absinthium arborescens Lob.* Tandem nec foliorum divisura in segmenta latiora & tenuiora notam distinctivam suppeditat, cum inveniantur utriusque generis, foliis in valde tenues lacinias dissectis. Qua propter Absinthii, Abrotani, Artemisiæ, Santolinæ notam *Tournefortius* constituit habitum (*le Port*) plantæ peculiarem, qui verbis exprimi nequit.

Ego quidem quod ad *Absinthium* & *Abrotanum* ab ejus sententia alienus non sum, verum

3. *Artemisia* ab utrisque floribus erectis, non ut in illis nutantibus, differt. Adde flosculos purpurascentes, folia in acutas lacinias divisa, superne obscurius viridia, subtus incana.

4. *Santolina* sive Abrotanum fæmina floribus in singulis ramulis singulis, eosdem terminantibus, majusculis, à reliquis generibus distinguitur. Semina à se invicem separantur foliolis in canalem flexis, observante *D. Tournefortio.*

5. *Cannabina aquatica*, nonnullis *Bidens*, cujus notæ semen cornutum seu bidens, folia in caule bijuga, flores interdum radiati plerumque nudi. Superius inter corymbiferas flore nudo hanc collocavimus, quia utriusque generis flores habet.

6. *Bellis* flore *luteo nudo.*

7. *Chrysanthemum Valentinum* Clus. Hæc etiam flore est aliàs radiato, aliàs nudo, unde ad Chrysanthemata referri poterit.

8. *Costus hortorum* sive *Balsamita mas*, cujus notæ sunt flores lutei nudi, in summis caulibus umbellatim congesti, folia integra, lata, in ambitu crenata.

9. *Tanacetum*, cujus notæ flores aurei, nudi, in summis caulibus umbellatim congesti, folia laciniata, laciniis hinc inde velut conjugatim seu per paria dispositis, odor vehemens sed non ingratus.

10. *Draco herba*, hanc ad Abrotanum refert *D. Tournefort* titulo Abrotani maris Lini folio acriore & odorato. *P. Hermannus* flores discoides nudos minores, per caulium & ramorum longitudinem velut in spicas dispositos, folia alterna Hyssopi æmula, ima divisa, cætera integra, ejus notas facit. Planta ipsa ad manum non est, ideoque quod de ea dicam non habeo.

11. *Ageratum*, observante *D. Tournefortio*, florem habet radiatum ideoque ad Ptarmicam referendum videtur. Ego equidem ejusmodi coronam barbularum discum medium cingentium nondum discernere potui: at nec alii quos super ea re consului. Ageratum flore albo quam vocant, florem quidem ejusmodi barbularum coronâ cinctum obtinet; proinde rectè ad Ptarmicam refertur.

12. *Gnaphalium maritimum* semina pappo alata non habere à *D. Breynio* jam dudum observatum. *D. Tournefort* flores ut & semina à se invicem separari foliolis in canalem flexis, fructum autem è duabus partibus componi, nimirum grano incurvo, & quodam quasi pileolo acuminato, ejus caput tegente, observavit. Ad Gnaphalium referri solet ob folia tomentosa.

Herba

Herbæ Corymbiferæ flore nudo *sunt vel caule & ramulis.*

- *Indeterminatis*, quos flores non finiunt, sed ex alis foliorum exeunt secundum caules & ramulos; floribus
  - *Deorsum nutantibus*; foliis
    - *Magis canescentibus*, amarore insigni; ABSINTHIUM.
    - *Minus incanis & amaris*; ABROTANUM.
  - *Erectioribus*; ARTEMISIA.
- *Determinatis*, quos flores terminant; suntque vel floribus
  - *Sparsis*, in singulis ramulis in longos pediculos excurrentibus singulis, majusculis; ABROTANUM FÆMINA.
  - *In umbellas in summis caulibus congestis*; folio
    - *Integro*;
      - *Tomentoso, & incano*; GNAPHALIUM MARITIMUM.
      - *Laviore & viridiore*, circum oras serrato; BALSAMITA.
    - *In laciniis* ex adverso binas seu conjugatim dispositas *sesto*; TANACETUM.

GENUS NONUM,

seu

Herbarum flore composito Genus Quartum,

Quarum flores è flosculis fistulosis in longas plerumque lacinias divisis componuntur sive

CAPITATÆ.

Capitatæ dicuntur quia earum calices semina continentes, à flore præcipuè delapso, in ventrem squamosum capitis æmulum extumescunt.

1. *Carduus.* Carduos vocamus omnes hujus generis herbas foliis spinosis præditas, quamvis capitula earum minimè spinosa sint.

2. *Cinaram* voco Cardui genus capite maximo, squamoso, coni pinei æmulo, squamarum unguibus & floris fundo carnosis, esculentis.

Tournefortius Cardui notam facit, caput habere spinosum, sive folia spinosa sint, sive lævia; und: *Jaceas* omnes capite spinoso *Carduus* annumerat: *Cirsii*, folia brevibus spinulis armata: *Jaceæ*, neque caput, neque folia spinosa.

Nos *Carduum* definimus, plantam capitatam semine papposo, foliis saltem, interdum etiam capite & caulibus, spinulis rigidioribus armatis:

3. *Cirsium*, plantam capitatam foliis spinulis mollioribus & brevioribus cinctis:

4. *Jaceam*, herbam capitatam foliis spinis destitutis. Adde foliorum marginibus æqualibus, hoc est, neque crenatis, neque dentatis.

5. *Centaurium majus*, plantam foliis non spinosis, marginibus serratis, flore majore.

6. *Serratulam* & *Cruzinam Belgarum*, omnium partium, sed præcipue florum, parvitate à *Centaurio majore* distinguimus.

Et hæc sanè divisio tum naturæ rerum, tum significationi nominum receptæ convenientior videtur quam *D. Tournefortii*, qui à capite spinoso hæc genera distinguit: siquidem toto vultu & habitu inter se conveniunt Cardui capite spinoso, & non spinoso; necnon *Jaceæ* capite spinoso, & spinis destituto; cum hæ ab illis habitu toto & constitutione differant.

Communi autem vocabuli acceptione & usu non tantum apud vulgus sed Botanicos omnes Carduus plantam foliis saltem, si non

non & caule & capite ſpinoſis præditam ſignificat. Quid quod *D. Magnol* Jaceam capitulis purpureis non ſpinoſis obſervavit à Jaceâ cum ſpinoſis capitulis purpurea tenuifolia *J. B.* in eo ſolummodo diſtinctam quod nullas ſpinas haberet *Hort. Monſp.* pag. 103. Cur ergo *D. Tournefortius* ſine neceſſitate & contra omnium Botanicorum conſenſum innovet, & vocum ſignificationes immutet, rationem idoneam non video.

Carduum ſtellatum ſive Calcitrapam pro Jaceæ capite ſpinoſo ſpecie habeo ſquamis in ſpinas rigidas rectas antrorſum protenſas exeuntibus.

Conjecturæ illi de Centaurio Cinaræ folio *Cornuti* quod ſcilicet omnes Cinararum hortenſium varietates ab illo ſemine ſato & in hortis culto ortæ fuerint, non inſiſto; quin potius *D. Plukenet* ſententiam poſt ſecundas cogitationes probo & amplector, eas nimirum Cinaræ ſylveſtri ſpinoſæ in hortis cultæ & cicuratæ originem ſuam debere; eodem modo quo Malus ſativa ſylveſtri.

7. *Cyani* notæ ſunt, floſculi florum marginales interioribus majores & longiores, minus profundè diſſecti, ore in latum expanſo.

Cyanus major vulgò dictus, ſeu Cyanus montanus latifolius vel Verbaſculum Cyanoides *C. B.* ſecundum notam characteriſticam jam traditam vera & genuina Cyani ſpecies non eſt, ſed Jaceæ; ſiquidem floſculi florum marginales quamvis reliquis majores & longiores ſint, profundius tamen in longas & anguſtas lacinias diſſecantur.

In Jacea nigra majore, imò & in nigra vulgari interdum floſculi marginales reliquis majores & longiores ſunt.

8. *Lappa major* ſive Bardana capitulorum ſquamis in mucrones hamatos deſinentibus, foliis maximis a reliquis diſtinguitur.

9. *Cnici* Tournefortius notam characteriſticam facit capitula, foliorum circulo obvallata, eoque refert *Carduum benedictum Atractylin luteam*, *Carduum pratenſem Tragi*, *Carduum parvum* J. B. Neque nos hanc notam recuſamus, & ipſi eandem Cardui benedicti characteriſticam fecimus in Tabula hujus generis *Hiſt. pag.* 298. proinde *Cnici* genus admittimus. Quamvis cur nota hæc in una claſſe ſufficiat ad genus conſtituendum, in alia non item v. g. in *Hieracio capitulis Cardui benedicti*, rationem non video & à *D. Tournefort* quæro.

10. *Carthami* notam facit ſemen pappo deſtitutum, quam & ego libenter admitto: Quamvis cur ob ſemina pappo deſtituta ex eo diverſum genus faciat, & non ob eandem rationem ex *Cardno Leucoii folio*, qui ſcilicet ex noſtra obſervatione ejuſmodi ſemina producit, meritò quis quærat.

Herbæ flore ex flosculis fistularibus composito seu Capitatæ *sunt vel capitibus.*

- *Maximis*, squamosis, Pini conorum æmulis, squamarum unguibus & floris fundo pulposis, esculentis, foliis aliàs spinosis, aliàs lævibus; CINARA, *Scolymus.*
- *Minoribus*; foliis
  - *Spinosis*; aculeis
    - *Crebris* & *rigidioribus*; CARDUUS.
    - *Mitioribus* & *mollioribus*; capitulis
      - *Foliorum circulo obvallatis*; CNICUS, quo nomine cum *D. Tournefort* Carduum benedictum, Atractylin luteam, Carduum pratensem *Tragi*, & Carduum parvum *J. B.* complectimur.
      - *Nullo ejusmodi circulo cinctis*; seminibus
        - *Pappo destitutis*, lævibus; CARTHAMUS.
        - *Pappo coronatis*; CIRSIUM.
  - *Spinis destitutis*;
    - *Per margines serratis*, Capitulis lævibus;
      - *Major*; CENTAURIUM MAJUS.
      - *Minor*; foliis laciniatis paucioribus & majoribus laciniis; SERRATULA. Vel in tenuia segmenta divisis CRUPINA Belgarum.
    - *Per margines æqualibus*; capitulis
      - *Lappaceis*, squamis in mucrones hamatos desinentibus, foliis maximis; LAPPA MAJOR.
      - *Spinosis*; aculeis
        - *Rectis*; CALCITRAPA, *Jacea echinata.*
        - *Reflexis*; JACEA MURICATA.
      - *Lævibus*; flosculis marginalibus
        - *Minus profundè dissectis*, ore in latum expanso; CYANUS.
        - Profundius in longas & angustas lacinias dissectis; JACEA.

Nota. ad Cardui genus nimia specierum multitudine oppressum exonerandum de *Carduo tomentoso* & *incano*, deque *lineis & lituris albis maculoso* duo distincta herbarum spinosarum genera constitui possunt sub titulis *Sylibi* & *Acanthis.*

Herbæ

Herbæ flore composito anomalæ,

CORYMBIFERIS AFFINES.

1. *Scabiosa*, quæ in eo à corymbiferis differt, quod flores omnes irregulates obtineat singulos etiam calicibus privatis seu sibi peculiaribus donatos. Flosculi autem marginales, in plerisque speciebus, interioribus majores longioresque sunt.

2. *Dipsacus*, cujus flos totalis calicem propriè dictum non habet, sed folia perianthii æmula capituli basin cingentia: flosculos autem singulos foliola oblonga in alveum flexa, sinu suo amplectuntur, velut squamatim disposita.

3. *Carduus sphærocephalus* seu Echinopus in eo ab herbis flore composito propriè dictis differt, quod flos totalis, (si capitulum sphæricum, quo ab aliis quibuscunque plantis primo aspectu facile distinguitur, ità appellare liceat) perianthium non habeat. Flosculi singuli supernè in lacinias quatuor angustas dividuntur, & calice squamoso sustinentur.

4. *Globularia.* Flosculi in globulum coacti huic nomen dederunt, quorum unusquisque calice privato sustinetur semen unicum a flore delapso residuum continente. Flosculi, *describente Tournefortio*, in fundo perforati, supernè expansi, & in duo velut labia divisi, quorum superius deficit, inferius in tres lacinias finditur.

Hæc planta *Verticillatis* potius quàm *Corymbiferis* affinis est; siquidem florem monopetalon labiatum profert calice exceptum, semen unicum à flore delapso residuum continente.

5. *Eryngium*, cujus notæ folia, saltem superiora in caulibus, & capitula spinosa, flores in summis caulibus & ramulis in capitula congesti, quibus radiata subsunt folia. *Tournefortius* flores huic generi plerumque pentapetalos attribuit, fructum è duobus granis ante maturitatem junctis compositum, in nonnullis speciebus duobus tribusve foliis terminatis: ideoque ad Umbelliferarum genus refert. Verum convenientia cum Dipsaco in capitulorum forma non permittit ut separentur a se mutuo.

GENUS

GENUS DECIMUM

seu Herba

FLORE PERFECTO SIMPLICI SEMINE NUDO SOLITARIO

AD SINGULOS FLORES.

Hoc genus ex eorum numero est quorum species nulla ferè inter se affinitate conjunctæ sunt, nec alia in re conveniunt quàm notis illis, quas pro generis characteristica adhibuimus nimirum florem habere perfectum simplicem, semina ad singulos flores nuda, solitaria.

1. *Valeriana*, cujus notæ, folia in caulibus ex adverso bina, flores monopetali tubulosi ad oras quinquifidi, in summis caulibus & ramulis velut in fasciculos congesti; semina pappo innascente alata quibus flos insidet.

2. *Valerianella*, quæ seminibus pappo destitutis à Valeriana differt; caulibus dichotomis ab aliis fere omnibus plantis.

Plantæ quibus hoc nomen tribuitur nec flore, nec fructu conveniunt; (consule si placet D. Tournefortii *Elem Bot. pag.* 108. *Tab.* 52.) unde si à flore & fructu notæ generum characteristicæ sumendæ sunt, nec genere convenient, sed ad diversa genera referri debent ideoque nota generica, (si tamen genere conveniunt) non aliunde rectius quam à dichotomia caulis & ramorum desumi videtur.

Quod si in *Lactucâ agnina* bina singulis flosculis succedant semina (ut affirmat *D. Rivinus*) quod mihi hactenus discernere non licuit, hinc removeri, & ad Umbelliferum genus amandari poterit.

3. *Dentellaria*, hujus notæ *D. Hermanno* sunt fructus oblongi, hirti, villis armati, flores è tubo oblongo in quinque segmenta expansi, & in spicas congesti, folia alterna. *D. Tournefortius* florem communiter in sex partes dissectum *Dentellariæ* attribuit. Cur autem hanc plantam Classis II. Sect. 4. subjiciat, cujus tituli pars est, quod stylus è quatuor embryis componitur, quæ in totidem semina evadunt, calyci floris inclusa, cum in illa unicum tantum uni flori succedat aut subsit semen, rationem non video.

4. *Limonium*, hujus notas posuimus locum maritimum, caules nudos ramosos, flores secundum caules, semina in singulis cali-

calicibus singula. *Tournefortius* flores huic attribuit plurimum pentapetalos, in nonnullis tamen speciebus monopetalos quinquepartitos, calicem infundibuli formâ.

5 *Mirabilis Peruviana*, hujus notas facit P. *Hermannus*, semina oblongo-rotunda, sulcata, pentagona, umbilicata, nucleum farinaceum continentia, flores è tubo in pentagonum orbem dispositos, folia & ramos conjugatos. p: 1: p: 5: a ad rosam

Jalapium Mirabilis Peruvianæ radix est, monente *D. Plumier* & *Muntingio*.

6. *Linaria adulterina*, notæ folia Linariæ, flores pentapetali, summo fructui insidentes.

7. *Passerina Tragi*. Fructus in foliolorum alis bini ternive simul, quibus insident flores tetrapetali lutei.

8. *Agrimonia* seu *Eupatorium* Græcorum floribus pentaphyllis summo fructui innascentibus, seminibus seu mavis vasculis seminalibus lappaceis, duo persæpe semina seu potius nucleos continentibus, foliis lobatis seu pinnatis à reliquis hujus generis distinguitur. l: 1: p: 5:

Diu dubius fui an Agrimonia ad hoc genus propriè pertineret, quia lappulæ ejus duo non rarò semina continent. Verum cum viderem semina isthæc, seu rectius nucleos, duabus cellulis separatos non esse, sed in eadem cavitate latitare quin & cavitatem hanc unicum tantum persæpe nucleum continere, plantam hanc non magis dispermam habendam esse censui, quam nucem Avellanam, quam naturæ luxuriantis lusu quodam duobus interdum nucleis fœtam reperimus.

9. *Pimpinella sanguisorba*, hujus generis notas fecimus folia pinnata, spicas crassiores è flosculis & seminibus dense stipatis compositas, semina tetragona, quibus flosculi tetrapetali insident.

Verum reprehendit me *D. Tournefortius* quod florem quadrifolium dixerim, cum integer sit, quodque capsulam pro semine habuerim.

Ad primum respondeo, me flores monopetalos, petalis ad unguem ferè in quatuor segmenta totidem folia æmulantia divisis pro tetrapetalis habuisse, ut solent plerumque Botanici.

Ad secundum, quòd fructum, quia integer decideret, nec sponte aperiretur, pro semine nudo habuerim, quem postea curiosè examinans duobus persæpe seminibus fœtum reperi, non tamen in cellis distinctis latitantibus, ut nuclei potius quam semina censenda sint. Sed de hac vide & supra inter *Apetalas*.

Plante

Plantæ Umbelliferæ *sunt vel foliis*

- *Ramosis* seu pinnatis, hoc est in plures lobos seu folia partialia divisis; semine
  - *Compresso* seu *foliaceo*, aut alâ foliaceâ cincto; SPHONDYLIUM. PASTINACA, ANETHUM, PEUCEDANUM, TORDYLIUM &c.
  - *Tumidiore*, nulla ejusmodi ala ambiente; qnæ vel fructu
    - *Maximo*, fungoso, semen seu nucleum solutum intus continente; CACHRYS.
    - *Sphærico*; CORIANDRUM.
    - *Rostrato*; SCANDIX.
    - *Multis alis membranaceis*, striarum more *secundum longitudinem decurrentibus* donato; LASERPITIUM.
    - *Longo angusto*, avis rostrum quodammodo referente;
      - *Lævi*; CEREFOLIUM.
      - *Aspero*; MYRRHIS Cretica NODOSA.
      - *Striato*; MYRRHIS SYLVESTRIS.
    - *Longo, magno, sulcato*; MYRRHIS SATIVA.
    - *Media longitudinis & crassitiei*; MEUM, CUMINUM, BULBOCASTANUM.
    - *Breviore gracili*; FŒNICULUM, CARUM, SISARUM, LEVISTICUM, ANGELICA AQUATICA & SYLVESTRIS, OENANTHE.
    - *Tumidiore & latiore*,
      - *Majore*; ANGELICA, SMYRNIUM.
      - *Minore*; SESELI PRATENSE, CICUTA, ANISUM, SISARUM.
      - *Minimo*; AMMI, APIUM, VISNAGA.
    - *Villoso* aut *hirsuto*; DAUCUS.
    - *Echinato* aut *aculeato*; CAUCALIS.
- *Simplicibus* seu non ramosis,
  - *Integris*
    - *A caule perforatis*; PERFOLIATA
    - *Cauli adhærentibus*, non tamen eum cingentibus
      - *Fruticosæ*; SESELI ÆTHIOPICUM.
      - *Herbaceæ*; BUPLEURUM
  - *Laciniatis*; seminibus
    - *Lævibus*; ASTRANTIA.
    - *Asperis* seu *lappulatis*; SANICULA.

GENUS

GENUS UNDECIMUM

seu Herbæ

UMBELLIFERÆ

Quæ Gymnodispermæ, *sive bina semina nuda ferentes post singulos flores.*

Umbelliferæ dicuntur hoc genus herbæ, quia earum pleræque flores gestant in Umbellæ, quâ mulieres Solis radios à facie arcent, formam dispositos. In Umbelliferis enim summus caulis, summique ramuli in plures ab eodem puncto ortos radios dividuntur, singuli deinde radii in plures pediculos, qui Umbellam persæpe secundariam sustinent. Omnes autem simul (tum radii, tum pediculi) in coni inversi figuram coaptantur.

D. Tournefortius Herbas *Umbelliferas* flore rosaceo donatas annumerat: magnæ tamen illarum parti florem liliaceum (*Fleurdelisee*, hoc est, petalis in formam *Fleur de Lis de France* dispositis) attribuit, quem ipsemet rosaceo contradistinguit, cum reliquis *Fleur en Rose* i. e. rosaceum adscribat *Elem. Bot.*

I.

Umbelliferæ semine compresso foliaceo, vel alâ foliaceâ cincto.

1. *Sphondylium*, cujus notæ, folia lata. flores albi petalis bifidis & velut cornutis, exteriore reliquis multò majore, semina summa parte bifida, dorso striato, interiore superficie, ubi bina se mutuò tangunt, duabus lineis nigris radiata.

2. *Pastinaca latifolia*, cujus notæ, folia pinnata, vel ut vult *D. Tournefort*, ex alis satis grandibus, & costa crassa sustentatis composita; flores lutei, rosaceis formâ similes, radices crassæ, carnosæ, esculentæ.

3. *Panax Heracleum* à Pastinaca latifolia differt foliis ramosioribus radice succifera.

4. *Tordylium*, cujus notæ, semina foliacea, margine seu limbo elato, interdum granulato cincta, florum petala bifida ad unguem fere, exteriora interioribus majora.

5. *Anethum*, cujus notæ, folia in tenuissima segmenta Fœniculi

niculi æmula divisa, flores etiam Fœniculacei, lutei. A Fœniculo differt seminibus foliaceis, radice annua.

6. *Peucedanum*, cujus notæ, folia instar Fœniculi tenuiter dissecta, unde *Fœniculum porcinum* vulgò audit, laciniis tamen latioribus quam Anethi, tripartitò divisa & subdivisa; florum petala æqualia.

7. *Oreoselinum* id est *Apium montanum*. Notæ, folia Petroselini aut Cicutæ similia, flores rosæ formâ. *Tournef.* Hujus speciebus adnumerat *D. Tournefort* Daucum Alsaticum. *C. B*,

8. *Thysselinum* ab Oreoselino non aliter differt quàm quòd succo lacteo turgeat.

9. *Ferula*, cujus notæ folia Fœniculacea, semina magna lata, oblonga, compressa. Ferulæ vulgari medulla fungosa, igni concipiendo idonea, semina per maturitatem nigricantia.

10. *Thapsia* notæ, semen grande oblongum fimbriâ foliaceâ summa parte plerumque bifidâ, cinctum, sapor acris.

11. *Imperatorium* tum *Tournefortius* tum *Hermannus* Umbelliferis semine lato plano annumerant; *Tournefort* etiam *Crithmum*, seu Fœniculum marinum.

II.

Umbelliferæ semine multis alis foliaceis striarum more secundum longitudinem decurrentibus donato.

Laserpitium, cujus notæ, Quatuor alæ foliaceæ per longitudinem decurrentes in singulis seminibus; in quibusdam speciebus crispæ, seu undulatæ. Alæ hæ membranaceæ in binis seminibus dum adhuc viridia & conjuncta sunt, sex tantum videntur, binis illis ad basin singulorum seminum arctè sibi invicem commissis. *Morisonus* noster semina hæc rotæ molendinariæ fluvio innatantis non ineptè comparat.

III.

Umbelliferæ fructu maximo fungoso, subrotundo aut elliptico.

Cachrys sive *Libanotis cachryophora*; cujus notæ, folia tenuiter dissecta semina tumida, Nucis Myristicæ parvæ magnitudine & figura, fungosa substantia nucleum ambiente (grano Hordei plerumque similem *D. Tournef.*)

Umbelli-

IV.

Umbellifera fructu globoso simplici vel didymo.

Coriandrum. In hoc genere semina bina in figuram perfectè sphæricam coalescunt in nonnullis speciebus; in aliis semina singula globosam figuram assumunt, ut bini globuli singulis flosculis succedant. Folia inferiora lata, superiora tenuiter incisa, odor teter & odiosus cimicum.

V.

Umbellifera semine rostrato.

Scandix sive *Pecten Veneris*, cujus notæ semina rostrata, superiore scilicet extremitate in acum producta, rostris Geranii moschati rostra referentibus. Florum petala indivisa, & subrotundo apice, exteriore reliquis productiore.

VI.

Umbellifera semine longo angusto avis rostrum quodammodo referente.

1. *Lævi.*

Charophyllum, cujus duo genera, 1. *Sativum*, radice annua, foliis tenuius dissectis, petalis bifidis seu in medio crenatis. 2. *Sylvestre*, Myrrhis sylvestris seminibus lævibus *C. B.* dictum, cui folia in segmenta majora, angustiora tamen pro magnitudine & acutiora divisa, radix perennis, flores irregulares, petalo extimo reliquis majore & longiore.

2. *Aspero non tamen striato, quantum nobis discernere licuit.*

Myrrhis sylvestris Cretica *nodosa, seminibus asperis.* Cujus caules infra genicula in nodos insignes intumescunt.

3. *Striato.*

Myrrhis semine striato, Cerefolium sylvestre *C. B.* Hujus notæ sunt caules solidi seu medullâ farcti in nodos insignes infra genicula intumescentes, flosculi albi dilutè purpurascentes petalis æqualibus bifidis, semina per maturitatem citrina. Huc refert

 D. Tour-

D. Tournefort Cicutariam bulbosam *C. B.* cujus caulis in nodos partiter infra genicula prægrandes intumescit, estque omnium quas ego observavi Umbelliferarum altissima, ut qui humanam altitudinem in lætiori solo duplo ferè superet: Radix tamen parvus est bulbus, fibrasque nec multas obtinet, nec altè in terram depactas.

Idem Cicutariam palustrem albam & rubram *C. B.* ad hoc genus reducit.

VII.

Umbelliferæ semine longo, magno, sulcato.

Myrrhis sativa. Folia integra filicina referunt, unde vulgo nostratibus *Sweet Fern* id est Filix odorata dicitur.

VIII.

Umbelliferæ semine striato mediæ longitudinis & crassitiei.

1. *Meum*, foliis tenuissimis, semine majusculo oblongo striato ab aliis Umbelliferis distinguitur.

2. *Fœniculum* foliis in capillacea segmenta divisis, seminibus striatis oblongis, floribus parvis pallidè flavis, petalis obtusis rectâ fere lineâ terminatis, non tamen bifidis, à reliquis hujus generis Umbelliferis distinguitur: à Meo foliorum segmentis longioribus.

3. *Levisticum vulgare.* Folia Apii maxima, semen longiusculum, radix per multos annos vivax, odor validus. *D. Tournefort* Ligusticum vulgare ad Angelicam refert, cui pro charactere folia magna attribuit, costæ ramosæ & in unicum folium terminatæ ordine annexa. Libanotis latifolia Aquilegiæ folio *C. B.* à præcedente foliis Aquilegiæ differt.

4. *Cuminum* à Meo distinguitur radice annua, foliis in lacinias minus crebras nec adeò tenues dissectis, semine minore angustiore incurvo.

IX.

Umbelliferæ semine striato angustiore minore & minimo.

1. *Radice tuberosa.*

1. *Bulbocastanum*, cujus notæ, radix tuberosa simplici tubere, semen longiusculum in nonnullis speciebus læve, in aliis striatum.

2. *Oenanthe*

2. *Oenanthe*, cujus notæ, radices tuberosæ è multis glandulis compositæ. Adde locum palustrem. Has notas rejicit *D. Tournefort*, & pro iis substituit, flores è foliis inæqualibus bifidis compositos, semina longiuscula, teretia, dorso canaliculata, summâ parte cuspidibus quibusdam, quarum media maxima est & reliquis acutior, donata. Ut hæ acceptandæ sunt, ita illæ non rejiciendæ.

3 *Sisari*, notæ, folia & odor Pastinacæ latifoliæ, semina angusta striata, radices Napi plures velut ab eodem collo pendulæ.

2. *Radice fibrosa vel cauliformi.*

1. *Sium* seu Pastinaca aquatica. Notæ, folia & odor Pastinacæ sativæ latifoliæ; radices duriores & lignosiores quàm illius, florum petala æqualia bifida alba. Huc referendum est Amomum Germanicum, & Selinum Sii foliis.

2. *Pimpinella saxifraga*, folia Pimpinellæ sanguisorbæ, radix acris & calida. *D. Tournefortius* floris folia inæqualia & bifida huic generi attribuit. At neque in petalorum magnitudine, in minore saltem specie, nobis observantibus, integris est differentia, neque petala bifida, nisi leviter admodum apparent.

3. *Carum* seminibus oblongis angustis striatis, foliis pinnatis, pinnis in multas lacinias dissectis & sine pediculis adnexis noscitur.

X.

Umbelliferæ semine striato breviore & latiore, majore.

1. *Angelica*, cujus notæ, folia latissima, semina striata magna crassa, dorso tumidiore. Angelicæ Sativæ flores in sphæricam figuram seu corymbum disponti sunt, quæ dispositio adeò singularis est, ut meritò genus peculiare constituat. *D Tournefort* Angelicam sativam seu officinarum Imperatoriæ speciem facit adeoque nomina confundit.

2. *Imperatoria* ab Angelica differt foliis minus ramosis, tripartito divisis & subdivisis, floribus albis umbellatim dispositis, radicibus crassis obliquis perpetuis.

3. *Smyrnium* cujus notæ semen grande tumidum & subrotundum, per maturitatem nigrum.

4. *Siler montanum* Notæ sunt, folia Seselios, summis segmentis tripartitis, semen majusculum cum fimbria foliacea.

5. *Cicuta*, notæ folia in minutas particulas multifariam divisa,

visa, flores è petalis inæqualibus bifidis compositi, semina brevia, tumida & subrotunda.

6. *Phellandryum* seu Cicutaria palustris. Notæ, caulis crassissimus, folia amplissima, & multifariam in minutas particulas ad modum Cicutæ divisa, florum petala æqualia, bifida.

7. *Seseli pratense*. Notæ, foliorum segmenta angusta acuta, flores ex luteo pallidi petalis subrotundis, semina brevia tumidiuscula, per maturitatem rufescentia.

8. *Anisum*, foliis in caule imis integris latis, superioribus tenuiter dissectis, seminibus subrotundis, odore & sapore gratissimo, quodque parva & annua planta sit, ab aliis differt.

XI.

Umbellifera semine striato breviore & tumidiore minimo.

1. *Ammi*, notæ folia in longas & angustas lacinias dissecta, circum oras crenata, florum petala bifida & inæqualia, semina minutissima. Critbmum quartum *Matth* seu Eryngium pratense foliis serræ similibus ad Ammi non ineptè refertur.

2. *Ativum*, notæ flos luteolus, minimus, folia triangulata, segmentis paucioribus latioribus & obtusioribus, semina striata brevia & minutissima. Florum petalis integris & minimè bifidis ab Ammi differt.

5. *Gingidium* seu *Visnaga*, notæ. Umbella à flore delapso clausa, ejusque radii prælongi & rigidi, semina minutissima Apii.

XII.

Umbellifera semine hirsuto aut villoso.

1. *Daucus Creticus* semine hirsuto. Notæ, folia minutissimè dissecta, semen longum, incanum, villosum, acre.

2. *Apium* sive Petroselinum *Macedonicum*. Folia Apio hortensi similia, semen parvum oblongum hirsutum.

3. *Apium petræum* sive montanum album *J B.* notæ, folia in alas oppositas, integra *Pimpinellæ Saxifragæ minoris* folia imitantia, divisa; caulis insigniter canaliculatus, semina striata, hirsuta, summa parte rubentia.

4. *Pastinaca tenuifolia* sive *Carota*, foliis tenuiter dissectis, seminibus villosis, umbellis à flore delapso clausis, sive in nidi Avis formam contractis, radice carnosa ab aliis Umbelliferis differt.

Petala

Petala exteriora interioribus longiora & majora, & ad latus interdum appendicem habere videntur. Umbellarum totalium ut & partialium ad exortum radios ambiunt folia latiuscula, in plures prælongas capillares lacinias divisa.

XIII.

Umbelliferæ semine echinato aut aculeato.

1. *Caucalis* semine echinato aculeato aut hispido ab aliis umbelliferis abundè distinguitur, ut alias notas conquirere non sit opus.

Myrrhin sylvestrem seminibus asperis huc refero. Folia ei mollia, Cicutæ fere divisurâ, pallidiora, caulis Cicutæ, Umbellæ secus foliorum alas Paludapii modo sedent. Flores albi, semina oblonga, teretia, aspera, cacumine oblongo. *Tournefortius* hanc plantam ad Chærophyllum refert.

2. Pastinaca marina, quibusdam Secacul & Crithmum spinosum *J. B.* Non tantùm seminibus, sed & foliis est spinosis, quo ab aliis umbelliferis differt. *D. Tournefort* in *Institut* plantam hanc *Echinophoram* appellat, floremque & fructum ità describit. Flore est roseo, in capitulum umbellatum nascente, & calici communi insidente, qui deinde abit in fructum unicapsularem, semine fœtum oblongo.

XIV. & XV.

Umbelliferæ foliis simplicibus seu non ramosis.

Hæ vel foliis integris sunt, vel eisdem laciniatis.

Integrifoliæ sunt vel foliis à caule perforatis, *Perfoliatæ* dictæ; vel cauli tantum adhærentibus, non tamen eum cingentibus; suntque vel *fruticosæ* umbellam proprie dictam in fastigio gestantes, *Seseli Æthiopicum frutex*; vel *herbaceæ*, umbellas minùs propriè dictas proferentes, *Auricula leporis*, sive *Bupleurum*.

Quæ foliis sunt laciniatis dividi possunt seminum respectu in eas quæ semina lævia proferunt *Astrantia* dictæ & quæ semina aspera sive lappulata fert, *Sanicula*. Flosculi Saniculæ pentapetali sunt, petalis in se replicatis, & ad locum ubi replicantur bifidis observante *Tournefortio*.

Idem Eryngium Saniculæ subjungit, quòd flos ejus pentapetalos sit, & ad singulos flores bina semina simul juncta, in nonnullis speciebus duobus tribusve foliolis terminata, producat. Quæ ulteriori observationi relinquo.

GENUS DUODECIMUM,

seu

HERBÆ STELLATÆ.

Sic dictæ quia folia caules per intervalla stellæ radiantis in modum ambiunt. Floribus sunt monopetalis, verùm in quatuor segmenta, totidem folia imitantia, divisis. Singulis autem flosculis in plerisque speciebus bina naturaliter succedunt & subsunt semina. Excipiendæ sunt Rubiæ spicatæ *maritima* & *Cretica* in quibus singula duntaxat singulis flosculis subsunt semina.

HERBÆ STELLATÆ FLORIS TUBO BREVIORE.

I.

Quadrifoliæ, quatuor foliis ad singula caulis genicula in crucis formam dispositis.

1. *Cruciata*, cujus notæ, flores verticillatim ad caulium nodos dispositi: albi in *Rubia lævi* Taurinensium, flavi in reliquis speciebus.
2. Rubia quadrifolia, floribus in summis caulibus.

II.

Polyphyllæ, seu foliis pluribus quatuor ad singula genicula sitis.

Has *Tournefortius* a fructu distinguit, qui in *Erythrodana* seu Rubia tinctorum mollis est & succosus velut bacca quædam. Ego à radice rubra ad tingendum utili notam characteristicam sumpsi.

Stellatæ polyphyllæ, fructu per maturitatem sicco.

1. *Foliis lævibus aut minus asperis.*

1. *Galium* vulgare, foliis tenuibus, obscurius virentibus, floribus luteis parvis à reliquis differt.
2. *Mollugo*, flores huic albi, folia latiora.

2. *Stellata polyphylla foliis asperis & vestibus adhærentibus, floribus sparsim nascentibus.*

Aparine. Tournefortius Gallium ab *Aparine* foliis lævibus distinguit, Cruciatam à numero foliorum ad unumquemque nodum, & ut hæc excuset, se non aliam ob causam *Gallium*, *Aparinem*, *Cruciatam* distinguere ait quam quòd usus communis distinguat.

3. *Stellata polyphyllæ foliis asperis, floribus in summis caulibus velut in umbellas digestis.*

Asperula.

STELLATÆ FLORIS TUBO LONGIORE.

I.

Floribus umbellatim in summis caulibus nascentibus.

Rubia cynanchica, notæ, folia ad singula genicula quaterna; flores velut in umbella.

II.

Floribus in spicas digestis, quorum singulis singula succedunt semina.

Rubia spicata maritima, Rubia spicata Cretica &c.

GENUS DECIMUM TERTIUM,

seu Herbæ

ASPERIFOLIÆ,

In quibus quatuor plerumque semina nuda singulis floribus succedunt.

Hujus generis notæ sunt folia in caulibus alterno aut nullo ordine posita, flores monopetali, marginibus quinquepartis, calices quinquifidi aperti, summæ spicæ antequam flores aperiuntur caudæ scorpii in modum reflexæ, quatuor singulis floribus succedentia semina.

1. *Pulmonaria maculosa*, cujus notæ, perianthium oblongum, integrum; folia in plerisque speciebus maculis albis varia.

2. *Cynoglossum*, cujus notæ, folia in plerisque speciebus lanuginosa asperave; semina aspera, lappacea compressa, extremitatibus acutis, sursum ad stylum directis. Fructus ità compositus est ut Pyramidem quatuor laterum repræsentet. *Tournef.* *Echium marinum*, aliis Cynoglossum marinum minus nostras ob florem nonnihil tubulosum, folia glauca & semina lævia ad Buglossum refert. Rectius fortè Cerinthe subjungi potest, inquit *D. Hermannus*, cui & nos consentimus.

3. *Borago*, flores majores stellati, in quinque lacinias acutas ad basin usque dissecti, apicibus in umbonem acutum coeuntibus, semina rugosa, capiti viperino similia.

4. *Buglossum*, flores minores, tubulosi, summa parte in quinque segmenta obtusa seu orbiculata expansi a Boragine distinguunt. Semina capiti viperino similia.

5. *Anchusa*, radicis sanguineo succo, à Buglosso aliisque congeneribus differt. Anchusam ad Buglossum refert *Tournefortius*. Verum radicis succus sanguineus ad genus discriminandum nobis cum veteribus sufficere videtur.

6. *Echium*, flore corniculato seu incurvo, ex angusto principio in latum expanso, superiore parte longius excurrente, inferiore breviore, à reliquis hujus generis differt.

7. *Lithospermum*, cujus notæ sunt, semen lapideum, splendens, figuræ ovalis, flos in quinque segmenta subrotunda expansus. Figurâ, duritie & polituræ seminum (ut recte *D. Tournefortius*) à Buglosso differt.

D. Tournefortius Echium Scorpioides ad Lithospermum refert.

fert. Verum ſpicis florum prælongis, nullis intermixtis foliis, à Lithospermo differt. Lithospermum arvenſe radice rubente ad *Bugloſſum* refert.

8. *Heliotropium*, floribus in ſpicas longas excurrentibus, in quinque partes majores diſſectis, quas intercedunt plerumque totidem minores, circa centrum in ſtellam replicatis (obſervante *D. Tournefortio*) ab aliis hujus claſſis diſtinguitur.

9. *Aparine major* Plinii *Ger.* Aſperugo *Tournef.* caulibus & foliis aſperis, & ad veſtes adhærentibus; foliis interdum tribus quatuorve ſimul naſcentibus, ſeminibus parvis compreſſis, in vasculis bivalvibus compreſſis triquetris dentatis, à congeneribus diſtinguitur. Flores ad foliorum alas ſiti ſunt, eorumque calices in vaſcula illa bivalvia triquetra laciniata excreſcunt.

10. *Symphytum*, cujus notæ flores cylindracei penduli, ſemina polita & lucida Lithospermi inſtar.

11. *Cerinthe*, notæ, flores cylindracei penduli, quibus ſymphytum imitatur; ſemina, ſeu potius vaſcula ſeminalia, bina ſingulis floribus ſuccedentia. Quæ vulgò ſemina cenſeri ſolent, obſervante *D. Tournefortio*, ſunt capſulæ in binas cellulas diviſæ, quarum ſingulis ſinguia inſunt ſemina: quo reſpectu planta eſt anomala, ob convenientiam in reliquis notis huc referenda.

12. *Linum umbilicatum*, fructu cotylode ſeu ſcyphum referente ab aliis differt.

Hoc genus *D. Tournefortius Omphalodes* vocat, & *Symphytum minus Boraginis facie* ei congener facit, titulo *Omphalodis pumilæ vernæ Symphyti folio*, & rectè ut à *D. Carolo Preſton* M. D. qui fructum ejus vidit, certior factus ſum.

GENUS DECIMUM QUARTUM,

seu

HERBÆ VERTICILLATÆ.

HARUM notæ certiores, quibus à reliquis Plantarum generibus distinguuntur, sunt folia in caule ex adverso bina; flores monopetali labiati, & in plerisque etiam galeati; semina ad singulos flores quaterna, quibus perianthium pro vasculo inservit.

D. Tournefortius Herbarum verticillatarum notam facit, flores habere *en gueule*, hoc est, ut ego interpretor, *larvatos*. Verum *Mentha*, *Pulegii*, *Marrubii aquatici* flores nullam larvæ similitudinem obtinent, sed in quatuor segmenta proximè æqualia dividuntur. Idem herbas floribus *en gueule* & *en muffle* ad diversas classes refert; à capsula autem seminali præcipuè distingui debere ait. Flores enim *en gueule* stylum habent è quatuor Embryis compositum, quæ in totidem semina abeunt quibus calix pro vasculo inservit. Flores autem *en muffle*, quales sunt *Euphrasiæ*, *Pedicularis*, *Melampyri &c.* capsulam post se relinquunt à calice diversim. At verò cum floris formâ adamussim conveniant, in methodo *Tournefortiana*, quantum mihi videtur, ad diversa genera referendæ non erant. Quid enim semina aut fructus ad floris structuram?

I.

Verticillatæ fruticosæ, quarum caules perennant & substantiâ lignosâ constant.

1. *Salvia*, cujus notæ flores magni, hiantes, in spicis laxis è verticillis aliquantum distantibus compositis, folia rugosa, odor vandus & vehemens. Adde, floris labium in tres lacinias divisum, quarum media minime bifida est, quantum ego discercernere potui in Salvia vulgari.

D. Tournefortius Horminum luteum glutinosum C. B. seu *Colum Jovis* dictum Salviæ speciem facit.

Idem plantam illam quam nos *Parkinsonum* secuti Salviæ speciem fecimus, titulo *Salviæ fruticosæ luteæ latifoliæ*, eique congeneres à *Salvia*, *Hormino* & *Verbasco* separat, & peculiare genus de eis facit

2. *Phlomidis* titulo, cujus notæ characteristicæ, flos tubulosus,

ſus, ſuperne in duo labia fiſſus, quorum ſuperius in inferius procumbit; calix è quinque planis compoſitus.

Hujus generis ſpecies facit 1. Verbaſcum latis Salviæ foliis *C. B.* Verbaſcum anguſtis Salviæ foliis *Ejusd.* 3. Phlomidem *Luſitanicam* fruticoſam flore purpureo *El. Bot.* 4. Marrubium nigrum longifolium *C. B.* id eſt Herbam venti *Monſpelienſium.* 5. Phlomidem *Hiſpanicam* fruticoſam candidiſſimam flore ferrugineo. *El. Bot.* 6. Phlomidem *Hiſpanicam* candidiſſimam herbaceam. *El. Bot.*

3 *Lavendula*, cujus notæ, flores è verticillis denſioribus in ſpicas tenuiores, triticearum æmulas, digeſtis compoſiti, longis pediculis intidentes. Adde, floris labium ſuperius bifidum & reflexum, inferius tripartitum.

Hujus generis quatuor ſpecies novimus, 1. Lavendulam latifoliam *C. B.* 2 Lavendulam anguſtifoliam *Ejuſdem.* 3. Lavendulam latifoliam *Indicam* ſpicâ ſubcinereâ breviore *H. R. P.* 4. Lavendulam folio multifido *J. B.* His addit *D Tournefort* 5. Lavendulam latifoliam *Hiſpanicam* tomentoſam *El. Botan.* Idem Stœchadem ſerrato folio pro Lavendulæ ſpecie habet.

4. *Stœchas*, cujus ſpicæ quàm Lavendulæ habitiores, piloſis ſquamis imbricatæ, cum foliolis in earundem cacumine. Adde florum parvitatem, qui apparent velut in quinque partes proximè æquales diſſecti. *Tournefort*, *Rivinus.*

5. *Roſmarinus*, notæ hujus ſunt, magnitudo & ſtatura inſignis, flores ad caulium nodos foliis intermixti, folia anguſta, oblonga, prona parte cinerea, ſupinâ obſcurius viridia. Adde, floris galeam reflexam bifidam, labium tripartitum, mediâ laciniâ cochlearis formâ excavata. *Tournef. Elem. Bot.*

6. *Hyſſopus*, huic etiam folia longa anguſta; ſpicis florum longis, è verticillis rarioribus compoſitis, verſus unam plerumque partem ſpectantibus, galeâ floris bifidâ & ſurſum reflexâ, labello in tres partes diviſo, mediâ in cochlearis formam excavatâ & bifidâ, à congeneribus diſtinguitur.

7. *Satureia*, foliis longis anguſtis cum Hyſſopo convenit, florum figurâ cum Thymo, à quo differt, quòd flores ſparſi ſunt in foliorum alis; cùm in Thymo in capitula habitiora congeſti ſint. Ego à foliorum forma hæc genera diſtinguenda exiſtimo, quæ Satureiæ longa ſunt & anguſta, Thymo vulgari breviora & latiora. *Thymus legitimus* differt à *Satureia* floribus in oblonga capitula congeſtis.

Thymbram à Satureia genus diſtinctum facit *D Tournefortius*, & in eo differre ſtatuit à Thymo quòd verticilli non in capitula congeſti ſint in ſummis caulibus, ſed ſecundum caules & ramulos per intervalla naſcantur.

8. *Ma-*

8. *Marum vulgare*, à Thymo foliis majoribus, verticillis seu florum capitulis lanuginosis & odoris vehementiâ differt. Marum Thymbræ speciebus annumerat *Tournefortius*. Verum adeò insigni nota ab alia quacunque nobis cognita plantæ verticillatæ specie differt, nimirum capitulis & verticillis lanuginosis, ut suum & proprium genus constituere meretur. Floribus in summis caulibus & ramulis in capitula habitiora congestis cum *Thymo* & *Serpyllo* convenit; non cum Thymbra, quantum quidem ego discernere possum.

9. *Thymum*, notæ sunt folia brevia & latiuscula, flores in capitula in summis caulibus habitiora congesti, quorum galeæ elatæ & bifidæ, labella tripartita. Verticillus inferior à capitulo longius distat. *Herm.*

Thymus legitimus *Diosc.* rotundifolius non est, sed Satureiam foliis imitatur, & capitulum gerit congestum.

10. *Serpyllum* à Thymo differt, quòd humilius sit, & minus fruticosum, ramulisque prociduis; aliis floribus & seminibus & tota facie cum eo convenit.

Tragoriganum dictum non videtur genere differre à Thymo. Cæterum Satureiæ, Mari vulgaris, Thymi, Serpylli, Majoranæ & Origani flores, formâ & mensuris eousque conveniunt, ut generum distinctio indè non possit peti.

11. *Polium. D. Tournefortius* notas nostras a foliorum & comæ canitie iliorumque crenis desumptas rejicit & notam Polii quâ à Chamædri differt constituit, flores galeâ carentes, in summis caulibus & ramulis in capitula oblonga congestos. Labium floris in quinque partes dividitur, quod ei cum Chamedry commune est.

Verum nominis Etymon notis nostris quoad foliorum canitiem favet; & quoad crenas, propriè dicti Polii species.

12. *Teucrium* statura sua & magnitudine, à Chamædri præcipuè differt, quacum foliis galeâ carentibus convenit. *Tournefortius* Teucrio & Chamædry easdem notas adscribit, exceptâ calicis florum figurâ tubulata in chamædri.

13. *Chamedrys*, hujus notæ, folia quercinorum divisurâ, ut nomen indicat. Parvitate sua à Teucrio præcipuè differt & foliorum formâ. *Tournefortius* à calicis forma hæc genera distinguit, & à florum situ in foliorum alis. Flos galeâ caret, labellum propendet quinque partitum, quarum media portio in nonnullis speciebus cochleata & bifida. Adde flores in alis foliorum nasci, secundum caules & ramulos in singulis scilicet binos. *D. Hermann.*

D. Tournefortius ad Chamædryn refert Scordium *Officin.* Scorodoniam seu Salviam agrestem, & Marum Cortusi. Ego non video cur hæ plantæ singulæ suum & proprium genus non consti-

constituant, siquidem Scorodonia insigni nota, floribus in singulis foliorum alis singulis, à Chamædry & Teucrio differt: nec ulla fere inter eas in habitu & specie externa intervenit similitudo. Marum pariter Cortusi floribus in singulis foliorum alis singulis a Chamædry differt, cum Scorodonia convenit, à qua textura & facie externa abundè distinguitur.

II.

Plantæ verticillatæ herbaceæ, flore vix galeato, sed in lacinias propemodum æquales dissecto.

1. *Mentha*, cui flos quadripartitus, galea & labello à segmentis lateralibus vix discernendis, odor suavis, (quod nomen Græcum ἡδύοσμον indicat) radices reptatrices.

2. *Pulegium* à Mentha verticillis densioribus, & parvitate sua differt. Addit *D. Rivinus*, segmentum quòd pro galea est integrum esse, cum in Mentha plerumque bifidum sit, quod & nobis observando comprobatum.

3. *Marrubium aquaticum*, verticillis densioribus longius distantibus, foliis rugosis ad basin laciniatis & odore carentibus à Mentha distinguitur. Flos infundibulum refert, margine quadripartito, segmentis subrotundis.

4. *Verbenæ*, folia rugosa, flores in quinque partes proximè æquales expansi, in spicas dispositi non divisas in verticillos, nullis foliis intermixtis. Adde semina perianthia tota replere.

III.

Verticillatæ capitulis squamosis.

1. *Dictamnus*, cujus notæ folia valde tomentosa & incana, capitula squamata lævia, squamis majoribus quàm in Majorana, & laxius coaggestis. E singulis foliorum sinubus singuli flores exeunt, ut in *Majorana*.

2. *Majorana* capitula squamosa, è pluribus foliolorum conjugationibus squamatim ob proximitatem incumbentibus, quàm Dictamni minoribus, composita. E singulorum autem sinubus singuli flores exeunt. Folioła isthæc figurâ sua & lævitate interdum, parvitateque à reliquis quæ in caule diversa sunt.

3. *Origanum* à Majorana capitulis squamosis longioribus in spicas excurrentibus, præcipuè differt. *Tournef.* *Rivinus* Majoranam floribus in lacinias acutas desinentibus ab Origano, cui eædem magis rotundæ sunt, differre observavit; nimis subtiliter, ut puto.

Verti-

IV.

Verticillatæ Herbaceæ verticillis in spicas digestis, hoc est, foliis verticillis subjectis diversæ à reliquis formæ.

1. *Basilicum* seu Ocimum, huic folia Amaraci, odor suavis citri vel Caryophylli, flores in spicas laxas è verticillis rarioribus compositas, digesti. Sed ut verum fatear, certior nota est quam *D. Rivino* debeo, nimirum floris forma, cui barba simplex & indivisa est, galea quadripartita (*Tournefortio* crenata) & barbâ seu labio major.

2. *Sclarea*, cujus notæ floris galea ejusdem labio multò major & falcata (adunca *Rivino*) labium tripartitum, media portione bifida & excavata. *Æthiopin* huc rerer, & Horminum pratense foliis serratis *C. B.*

3. *Hormini* floris labium superius, (quod galeam appellare solemus) reverà galeam refert &c.

4. *Sideritis spicata*, singulis hujus verticillis subsunt duo lata, circumferentiâ subrotunda, spinulis armata foliola, sinubus suis flores complexa.

5. *Prunellæ*, cujus notæ, spicæ breves, habitiores. Adde floris labium superius in galeæ formam cæsum, inferius tripartitum, medio segmento latiore & productiore, in cochlearis formam excavato. Florum calices in duo labia divisi, quorum superius in spinulas manifeste non dividitur, (*Tournefortius* in tres acutas lacinias incidi asserit) inferius, quod floribus subest, in duas spinulas exit.

V.

Verticillatæ herbaceæ, foliis verticillis subjectis ejusdem cum reliquis figuræ.

1. *Betonicæ*, cujus notæ, flores in spicas habitiores digesti, caules non ramosi, folia crenata. Adde floris labellum superius sive galeam elatam & plerumque bifidam, labellum inferius tripartitum, media parte bifidâ

2. *Nepetæ* sive *Menthæ cataria*, folia Urticæ aut Betonicæ, plerumque incana, odor Menthæ gravior, flores in spicas habitiores digesti, galeâ bifidâ & elatâ, labello tripartito, medio segmento in cochlearis formam excavato, lateralibus duobus velit alis extantibus. *D. Tournefort.* Medium barbæ segmentum, observante *Rivino*, leviter serratum.

3. *Galeopsidi*, folia urticæ, odor fœtidus, semina parva, per maturi-

maturitatem nigra; floris labium ſuperius in cochlearis formam excavatum, interius tripartitum, medio ſegmento obtuſo, longo, lato, utrinque reflexo, lateralibus parvis brevibus.

Tournefortius Cannabin ſpuriam dictam huc refert. Verum meâ ſententiâ minus rectè, cum in Galeopſi flores in ſpicas longas anguſtas ſeu graciles è verticilliis rarioribus, ſex plerumque florum, compoſitas excurrant: in Cannabe ſpuria vero ſpicæ crailæ ſatis & habitiores, è verticillis denſioribus conflatæ, quin & calicum ſegmenta in longas acutas rigidas ſpinulas procurrant. Galeopſi congener eſt Sideritis Anglica ſtrumoſa radice *Park.* item Lamium luteum vulgare, notante *D. Tournef.*

4. *Lamium*, cujus notæ, folia urticæ, ſemina majuſcula è calycibus patulis brevibus maturitate illico decidentia, odor fœtidus. Adde, floris labium ſuperius cochlearis formâ concavum, inferius in cordis ferè modum fiſſum, gula etiam floris ala ſeu foliolo utrinque terminata.

5. *Cannabis ſpuria*, quam *C. Bauhinus* Urticam aculeatam foliis ſerratis vocat, hac notâ ſolâ, nimirum calicis ſegmentis in longos & rigidos aculeos excurrentibus, ab omnibus congeneribus diſtinguitur. Floris tubus oblongus eſt, galea concava, labellum tripartitum, mediâ laciniâ longiore & nonnihil crenata.

6 *Marrubium*, notæ folia obtuſa rugoſa, flores in verticillis denſis circa caulium nodos, labio ſuperiore elato & velut in cornua fiſto, inferiore tripartito, media portione plerumque bifida; florum calices in totidem ſpinulas quot ſunt in ſingulis ſtriæ, ad duodecim usque exeuntes. Adde totius plantæ canitiem.

Marrubium album latifolium peregrinum *C. B.* perianthium habet in quinque tantum ſegmenta diviſum.

7. *Marrubiaſtri* titulo novum genus conſtituit *D. Tournefort* cujus ſpecies 1. Sideritis Alſines Triſſaginis folio *C. B.* 2. Lamium Meliſſæ folio paludoſum Belgicum *Hort. Lugd. Bat. Herman.* 3. Sideritidis genus verticillis ſpinoſis *J. B.* Notæ characteriſticæ ſunt, floris labium ſuperius ſeu galea cochlearis ad inſtar excavatum, inferius in tres crenas diviſum.

8. *Stachys* verticillis denſis, foliorum canitie & lanugine à reliquis differt. Adde, floris labium ſuperius elatum, bifidum & cochlearis modo concavum, inferius tripartitum, lateralibus ſegmentis adeò parvis ut crenæ potius videantur *D. Tournef.*

9. *Sideritis*. Hoc nomine complector plantas nonnullas diverſarum formarum, quibus ab effectu vulnera ferro infliſta ſanandi hoc nomen indiderunt Botanici, quæ odore cum Lamio conveniunt ſed folia Urticæ non habent. Minus, fateor, Philoſophice.

D. Tournefortius Sideritidis floris labium ſuperius ſurrectum reflex-

reflexum, inferius tripartitum, notam facit. At hoc multis verticillatarum generibus commune est. Addit flores verticillatim dispositos secundum caules & ramulos, unoquoque verticillo foliis duobus propemodum rotundis, cristæ galli in modum persæpe incisis, à reliquis quæ inferius in caule nascuntur differentibus, sustentato. Notæ hæ Sideritidi spicatæ superius positæ conveniunt, non huic generi toti.

10. *Ballote* sive Marrubium nigrum foliis & odore fœtido Lamium refert, à quo differt floribus, in singulis pediculis è singulis foliorum alis egressis, pluribus confertis, calicibus minus patulis & longioribus. Adde floris formam, labio superiore cochlearis in modum concavo, inferiore tripartito, mediâ laciniâ bifidâ.

11. *Clinopodium*, folia fert Majoranæ sylvestris. Flores in verticillis densis circa caulium nodos, (quo à Melissa & Calamintha differt) quorum tubi quàm in Marrubio longiores; labia superiora rotundata, elata & plerumque bifida, inferiora tripartita, segmento medio latissimo.

12. *Acinos*, folia Serpylli aut Ocimi minoris, florum caliculi oblongi striati, collo angusto, ventre turgidiore. Flores secundum caules ex alis foliorum exeuntes non in capitula congesti in summis caulibus, quo à Serpyllo differt.

13. *Cardiaca*, cujus notæ, folia circumscriptione subrotunda & profundè laciniata. Adde, floris labium superius in canalem inflexum, & inferiore multo longius, inferius tripartitum; calix valdè brevis, & seminibus ad summitatem usque repletus.

14. *Leonurus*, flos figurâ sua cum Cardiacæ flore convenit; galea tamen multo longiore, differt calice productiore. Planta ipsa foliis, statura, & magnitudine omnium partium à Cardiaca distinguitur. Caules præterea lignosos edit. Quare & ad verticillatas fruticosas referri posset.

15. *Molucca* calice floris amplissimo, patulo, acetabuli æmulo, à reliquis verticillatis facilè discernitur. Quamvis enim Pseudodictamnus quoque majoribus gaudeat florum calicibus, non conveniunt tamen cum Molucca; nam Molucca semina præ cæteris admodum nuda gerit, cum è contrario Pseudo-Dictamnus eadem occultet maximè *D. Rivino* notante. Adde, floris labium superius cochlearis in modum concavum, inferius tripartitum, medio segmento plerumque bifido.

16. *Moldavica Melissa*, cujus notæ (adnotante *D. Tournefortio*) floris hiatus duabus velut alis terminatus, labium superius paullum arcuatum sive fornicatum in duas partes elatas fissum; inferius

inferius etiam in duas partes divisum (*D. Rivinus* quadripartitum facit.) Folia longiora, angustiora & profundius crenata.

17. *Calamintha*, cujus notæ, flores plures simul pediculis oblongis ramosis è foliorum sinubus egressis insidentes, rari & sparsi, è tubo oblongo in duo labia hiantes, quorum superius bifidum rotundatum elatum, inferius tripartitum.

18. *Melissa* floris formâ cum Calamintha convenit: foliis atrovirentibus, odore citri, floribus in uno pediculo è cujusque folii sinu egresso pluribus simul confertis, non ut in Calamintha sparsis, à reliquis hujus familiæ distinguitur. Addit *D. Rivinus*, quòd flores annulos seu verticillos integros non efficiant, quodque initio candidi sint, maturitate lutei.

19. *Hedera terrestris*, foliis subrotundis, flagellis reptatricibus, floris labio superiore bifido & reflexo, inferiore tripartito, medio segmento lato, bifido, ab aliis verticillatis distinguitur. Flores in surculis è foliorum alis egressis, non rari & sparsi, ut in Calamintha, sed magis coacti & conferti nascuntur.

20. *Pseudo-dictamnus*, cujus notæ *Tournefortio* floris labium superius fornicatum & bifurcum, inferius tripartitum, (*Rivino* quadripartitum.)

21. *Cassidæ* sive *Scutellariæ* notæ sunt, flosculi oblongi in singulis foliorum alis singuli, labio superiore galeato cum duabus auriculis adjunctis, inferiore plerumque bifido, calix semen continens operculatus, crepidæ aut calceamenti calcaneum referens; quæ nota sola pro distinctione sufficit.

22. *Dracocephalon*, notæ flos velut gulosus, cavitate sensim imminutâ, (tubulosus magnus, Digitalis fere effigie *D. Herman.*) labium ejus superius in galeæ formam excavatum, inferius tripartitum; folia Perficæ.

VI.

Verticillatæ herbaceæ, flore galeâ carente.

1. *Chamæpitys* foliis Pinùs æmulis & odore resinoso à reliquis differt. Adde floris labium inferius tripartitum, media portione bifida, labii superioris locum occupantibus denticulis. Huic flores in singulis foliorum alis singuli.

2. *Bugula*. Huic folia obtusa circa margines crenata majoribus & rotundiusculis intercreniis. Species vulgaris διοσοκαυλος est, caulibus aliis teretibus & repentibus, aliis (qui flores sustinent) quadratis & erectis. *D. Rivinus* galeam ei attribuit, sed vix perceptibilem nisi curiosè spectetur. Floris labium inferius tripartitum;

3. *Scorodoniæ* notæ ſunt, odor Allii, Salviæ folia, flores è ſingulis foliorum alis ſinguli, in longas ſpicas excurrentes. *Tournefortius* hanc plantam Chamædryos ſpeciem facit, minus rectè meâ ſententiâ: ſiquidem flores habere in ſingulis foliorum alis ſingulos ſufficiens eſt diſtinctionis genericæ nota, ut & *D. Rivinus* cenſet.

4. *Scordii* notæ folia Chamædryos, odor Allii, locus paluſtris, reptatus inſignis. *D. Tournefort* hanc etiam Chamædryos ſpeciem facit, cujus notæ labium quinquepartitum, medio ſegmento reliquis grandiore, & in nonnullis ſpeciebus in cochlearis formam excavato.

Scordio flores in verticillis.

GENUS

GENUS DECIMUM QUINTUM,

seu Herbæ

SEMINE NUDO POLYSPERMÆ

Hoc est, in quibus singulis floribus plura quatuor succedunt semina.

Pro seminibus nudis habeo quæcunque folliculos aut integumenta privata, si quæ habeant aut habere videantur, sponte non exuunt, verum iis induta à planta matre abscedunt.

I.

Polyspermæ flore tripetalo.

1. *Plantago aquatica*, cujus notæ folia Plantaginea, flos tripetalos, semina in trigonum congesta in majore specie, in minore in globulum echinatum.

2. *Sagitta*, facilè dignoscitur foliis alatæ sagittæ formam referentibus. Semina flori unicuique succedunt in capitulum congesta densèque stipata. Sagittam ad Ranunculum refert *D. Tournefort:* verum flores tripetali, & foliorum figura sagittata sufficiunt, me judice, ad genus constituendum. Idem Plantaginem aquaticam ad Ranunculum refert: cui ob notas consimiles, floris nimirum tripetali & foliorum Plantagineorum, quæ sufficiunt ad novum genus, non consentio.

II.

Polyspermæ flore tetrapetalo.

Tormentilla in omnibus cum Pentaphyllo, excepto flore tetrapetalo, convenit.

III.

Polyspermæ flore pentapetalo.

1. *Ranunculus*, cujus notæ, flores pentapetali unà cum calice pentaphyllo decidui, semina unicuique plurima succedentia, in globulum aut spicam congesta.

2. *Caryophyllata*, seminibus caudatis, appendicibus uncinatis aut plumosis adhærentibus, calice in decem segmenta (quinque majora totidem minoribus intercedentibus) diviso, foliis pinnatis, radice in nonnullis speciebus aromatica, à congeneribus differt.

3. *Fragariæ* calix eodem modo in decem segmenta divisus, folia in eodem pediculo terna venosa, semina pulpæ molli esculentæ innascentia, flagella reptatricia.

Fragaria sterilis dicta figurâ quidem foliorum, & ternario in eodem pediculo numero, cum Fragaria convenit, fructu tamen eousque differt, ut pro diverso genere meritò habeatur, nè dicam quod flagellis careat. Ad Pentaphyllon potius referenda est. Numerus certè foliorum in eodem pediculo quinarius generi illi, quod Pentaphyllum inde dicitur, non est proprius & peculiaris. Dantur etenim plantæ, quæ omnibus ferè notis cum Pentaphyllo conveniunt, heptaphyllæ vel etiam triphyllæ & vice versa nonnullæ dantur pentaphyllæ, quæ reliquis notis à Pentaphyllo differunt.

4. *Pentaphyllo* folia venosa, in eodem pediculo quina aut septena, calix pariter in decem segmenta divisus, quina majora fructum obtegentia, quæ interjacent totidem minora.

5. *Pentaphylloides* à Pentaphyllo foliis lobatis Agrimoniæ ferè æmulis differt.

IV.

Polysperma foliis integris, flore polypetalo, calice trifolio, fructu Ranunculi.

1. *Chelidonium minus* calice triphyllo, Ranunculi fructu, cum Hepatica trifolia convenit; ab eadem differt calice cum flore deciduo ut in Ranunculis, caulibus procumbentibus, formâ foliorum subrotundâ, & radicibus glandulosis grumosisve.

2. *Hepaticæ trifoliæ* calix à flore superstes, nullus præter floris pediculum caulis, folia tripartito divisa, radices fibrosæ. Quibus notis à Chelidonio minore differt.

Hæc duo genera *D. Tournefort* ad Ranunculum refert. Verum calix trifolius, & flores polypetali ad has plantas à Ranunculis separandas, me judice, sufficiunt.

V.

Polyspermæ foliis tenuiter dissectis, flore polypetalo, calice pentaphyllo, fructu Ranunculi oblongo.

1. *Helleborus niger ferulaceus*, cui folia tenuissimè dissecta, radix perennis.

2. *Flos Adonis* sive *Eranthemum*, cui folia pariter dissecta, radix annua Si cui radix perennis & annua ad has plantas in duo genera distinguendas nota sufficiens non videatur, ad unum per me licet eas reducat.

VI.

Polyspermæ flore polypetalo, feminibus in circulum dispositis.

Filipendula, cui radices tuberosæ, glandulis oblongis ab extremis fibrarum filamentis pendulis, calix floris simplex, denticulatus aut velut fimbriatus, flos hexapetalos, semina in capitulum dolii æmulum collecta. *Tournef.*

VII.

Polyspermæ flore nudo.

Anemone, cujus in genere characteristicam facimus caulem simplicem non ramosum, determinatè seu ex una tantum distinctione foliatum, unicum in summo florem nudum polypetalon gestantem. Judicet ingeniosus Lector, annon ob tot notas communes *Anemone sylvestris*, *Ranunculus sylvestris* nonnullis dicta, quibus & radicum similitudo addi potest, ad Anemonem potius referenda sit, quàm ad Ranunculum ob solam fructus conformitatem; cum plura attributa habere communia certissima sit convenientiæ genericæ nota.

1. *Anemones* sylvestris semina Ranunculi similia in capitulum rotundum congesta sunt, nullo pappo adhærente vel involvente seu ambiente.

2. *Anemones sativæ* semina in capitulum oblongum congesta, pappo seu lanugine copiosa cincta.

3. *Pulsatillæ* semina cincinnata, plumulis longis adhærentibus, flores plerumque hexapetali.

4. *Clematis*, cujus notæ semina plumulis longis adnascentibus cincinnata, flos quadrifolius seu cruciatus, sapor in prorisque speciebus fervidus.

GENUS DECIMUM SEXTUM;

seu Herbæ

POMIFERÆ.

Pomiferas voco quæ fructus Plantarum omnium maximos producunt (non omnes earum species sed aliquæ) cortice crasso tectos (quo à Bacciferis distinguuntur , quarum fructus membrana duntaxat tenui vestiuntur) & flores nudos monopetalos, margine quinquepartito, summo fructui insidentes.

Ad hoc genus reduco *Muricujam* sive Passifloram dictam ob fructuum cortice crassiore tectorum similitudinem, quamvis flores non conveniant.

1. *Cucurbita* , cujus notæ folia mollia , flos albus , fructus cortice præ aliis Pomiferis duro & fere lignoso tectus , semen thyreoides, duobus in summitate eminentibus angulis velut cornutus. Addit *Tournefortius* fructum in sex loculamenta plerumque dividi.

2. *Pepo* à Melone totius plantæ, foliorum, florum, fructuum magnitudine differt; ab omnibus Pomiferis semine rhomboide lineâ circa margines elatâ cincto. Addit *D. Tournefort*, interiorem fructus cavitatem ferè semper in tres cellas divisam esse, quo differt à *Melopepone*, cujus fructus in quinque partes internè plerumque dividitur, estque striatus aut angulatus.

3. *Colocynthus* , huic pulpa fructûs interior fungosa , levissima, amarissima, minimè edulis, semina parva, alba, dura: folia in profundas lacinias dissecta.

4. *Citrullus*, cujus notæ, semina Peponis similia, nullâ tamen in margine elatâ lineâ, in carne media latitantia. Verum certius distinguitur à reliquis per folia profundè dissecta. *D. Tournef.*

5. *Melo* semine albo, angusto, oblongo, nuclei pinei æmulo , cum Cucumere convenit : fructu majore , non spinoso, moschum redolente, carne dulci, ab eodem differt.

6. *Cucumis*, qui à Melone, cui satis similis est, distinguitur fructu minore, tuberculis spinosis persæpe bullato, semine pulpâ humidâ copiosâ gelatinæ æmulâ contento. Semen quasi aculeum habet, quo facile à Melonis semine distinguitur. *Magnol. Hort. Monsp.*

7. *Cucumis asininus*, à Cucumere differt, fructu minore spinulis crebris horrido , succo viroso, quodque capreolis careat.

5. *Melopepo* capreolis caret , fructûs interior cavitas plerumque

rumque in quinque cellas dividitur, obſervante *D. Tournefort.*

9. *Balſamina mas.* Fructus verrucoſis tuberculis exaſperatus, minimus, carne pauca, unica intus cavitate, quæ ſponte aperitur, & ſemina continet calyptra ſeu pileolo quodam involuta, plerumque crenata; flores ad centrum usque in quinque lacinias finduntur, interdum etiam ſegmenta à ſe invicem ſeparantur, ut dubitari poſſit an planta monopetalos ſit an pentapetalos.

10. *Sicyoides* Tournef. Fructus echinatus, Amygdalæ quodammodo ſimilis, unicum intus ſemen latum ſeu compreſſum continens.

11. *Granadilla* ſive *Murucuia.* Fructus huic ſummo ſtylo innaſcitur, ad cujus baſin exeunt ſtamina apicibus coronata; è faſtigio aſſurgunt tres velut clavi capitati: per maturitatem ſeminibus repletur fructus rugoſis aut valleculis depreſſis inæqualibus.

GENUS DECIMUM SEPTIMUM,

seu Herbæ

BACCIFERÆ.

Baccas hoc in loco appello fructus herbarum quoſcunque membrana tenuiore veſtitos, pericarpio ſeu pulpâ intus humidâ aut molli ſemina ambiente, cisdemve intermixta. Ex his nonnulli ſatis grandes ſunt, quibus baccarum nomen, prout vulgò accipitur, minus propriè convenit.

I.

Baccifera fructu è pluribus acinis compoſito.

1. *Chamæmorus* ſeu *Chamærubus*, notæ hujus flos pentapetalos, fructus è pluribus acinis, arctè ſtipatis, mora rubi æmulantibus, compoſitus.

2. *Chamæpericlymenum.* Notæ, plures acini, ſuis ſinguli petiolis hærentes (non in baccas conſtipati) ſingulis floribus ſuccedentes, folia Aſcyri, flos tetrapetalos.

II.

Baccifera fructu racemoſo.

1. *Scandentes.*

1. *Smilax aſpera* capreolis cum Bryonia alba convenit, foliorum forma cum nigra; caulibus ſpinoſis ab utraque differt. Flores hexapetali baſi fructûs cohærentes, qui bacca eſt ſemina ſphærica unum aut plura continens. Huc refert *D. Tournefortius* Unifolium *Dod.* Polygonatum racemoſum *Cornuti* & Polygonatum ſpicatum fertile *Ejuſd.*

2. *China* foliis eſt plantagineis, fructu croceo racematim diſpoſito.

3. *Bryonia alba*, cujus notæ capreoli ad ſcandendum, caules non ſpinoſi, folia vitiginea, flos pentapetaloides ſummo fructui inſidens, pediculo brevi ex ipſo apice baccæ exeunte.

4. *Bryonia nigra*, characteres hujus generici ſunt, caules volubiles, folia convolvuli majoris, flores in ſex lacinias cæſi, ſemina pileolo ſeu calyptrâ membranaceâ obtecta.

2. *Erecta.*

2. *Erecta.*

1. *Angelica baccifera*, ſtatura elatiore, foliis ad Angelicam accedentibus, baccis minoribus, obſcurè rubentibus, ſapore dulci, quibus calix ſeu flos inſidet à Chriſtophoriana aliisque differt.

2. *Chriſtophoriana* notæ ſunt flos pentapetalos (*Tournef.* plerumque tetrapetalos) imo fructui cohærens, folia Imperatoriæ, fructus venenoſi aut deleterii.

3. *Solanum racemoſum Americanum*, Phytolacca *Trournef.* Floris ſtylus in baccam abit, ut loqui amat *D. Tournefortius*, ſemina radiatim diſpoſita ſunt in baccis, fructus racemoſi.

4. *Lilium convallium*, hujus notæ cauliculi flores & fructus ſuſtinentes nudi, flores parvi, campanulati, nudi, margine in ſex laciniolas ſecto, baccæ rubræ. *D. Tournefort.* Elem. Bat. pag 69. floris formam differentiam ſatis notabilem (*aſſez conſiderable*) conſtituere ſcribit inter *Polygonatum* & *Lilium convallium*, quæ ſcilicet ſufficiat ad hæc genera diſtinguenda; ipſe tamen *Polygonatum latifolium ramoſum C. B.* ſeu quartum *Cluſ.* à Polygonati genere non excludit, quamvis *Cluſio* & J. Bauhino teſtibus flores producat *Lilii convallium* floribus perſimiles.

5. *Monophyllon*, cujus notæ floſculi tetrapetali, ſtellati, ſpicatim digeſti, folia è terra exorta (duo enim, vel tria in caule ſunt) ſingularia, baccæ rubræ, ut in Lilio convallium.

D. Tournefortius (ut dixi) hanc herbam ad Smilacem aſperam refert eique conjungit Polygonatum Canadenſe ſpicatum *Cornuti*, titulo Smilacis ſpicati Polygonati folio.

III.

Baccifera fructu magis ſparſo.

1. *Hypogloſſum*, a Lauro Alexandrina differt lingula ſen folio ſecundario è medio folio exeunte præter baccam. Floris piſtillus in baccam intumeſcit. *Tournef.*

2. *Laurus Alexandrina*, fructu ſolo ſeu bacca è medio folio enata ab Hypogloſſo, foliis majoribus non ſpinoſis à Ruſco differt.

3. *Ruſcus*, foliis minoribus, Myrtinorum æmulis in mucronem acutum & ſpinoſum exeuntibus à reliquis epiphylloſpermis dignoſcitur.

4. *Polygonatum* foliis nervoſis & flore nudo cum Lilio convallium convenit; magnitudine ſua, caule multis foliis veſtito, floribus cylindraceis in ſex crenas fiſſis, è foliorum ſinubus exeuntibus

euntibus ab eodem & aliis plantis differt. Baccas in tres partes divisas obtinet.

5. *Mandragora* notæ, flos monopetalos quinquepartitus, campanulæ fere formâ, caules nulli præter pediculos flores & fructus sustinentes, radices crassæ.

6. *Herba Paris* caulibus non ramosis, determinatè seu ex una tantum distinctione foliatis unico in singulorum fastigio flore & bacca, ab aliis omnibus plantis facilè discernitur. Flos tetrapetalos, calix etiam quadrifolius.

7. *Pomum majale* planta est singularis & sui generis, Anapodophyllon *Morino* dicta, Solanum pomiferum monophyllon, umbilicifolium, in sex plus minus profundas lacinias divisum *D. Banister*. Fructus urnæ figuram habet, & semina claudit alia aliis superincumbentia & velut coarcervata.

8. *Solanum*, cujus notæ flores monopetali quinquepartiti aut stellati in plerisque speciebus, apicibus in umbilico oblongis, coitu suo umbonem quendam componentibus, semina parva compressa, flos imo fructui adnascens.

9. *Pomum amoris* sive *Lycopersicon* à Solano fructu in plures cellulas diviso differt. Floris figurâ conveniunt.

10. *Melongena* seu Malum insanum a Solano differt, quòd fructus ejus solidus sit, carnosus & sine cavitate, cum Solani mollis sit, cavus, succulentus. *D. Tournef.*

11. *Capparis* notæ sunt flos tetrapetalos è cujus medio exit pistillus globulo terminatus, qui in fructum pyriformem abit, in carne sua plura semina continentem *Tournef.* Hæc autem planta ad arboreum potius genus pertinet.

12. *Cacubalus* sive *Alsine baccifera*, hujus notæ sunt flores Alsines pentapetali petalis bifidis, fructus in calicibus in vesicas intumescentibus, segmentis retrorsum reflexis contenti, ovales, seminibus pluribus reniformibus fœti.

13. *Alkekengi* seu *Solani halicacabi* notæ sunt flos monopetalos, pentagonus, fructus in florum calicibus in vesicas intumescentibus occultati.

14. *Capsicum* seu *Piper Indicum*. Flores Solani, fructus de carne minus participant, suntque capsulæ seu siliquæ quædam, membranâ paullum carnosâ in tres cellas, interdum in duas tantum, secundum longitudinem divisæ; semina compressa & plerumque reniformia. Tota planta, sed præcipuè fructus & semina fervida & acerrima.

15. *Solanum lethale* seu *Bella donna* flores habet campaniformes, concavos & tubulosos, margine in quinque segmenta acuta diviso; fructus major, in duas cellas divisus, malignus & venenatus.

16. *Arum*, cujus notæ sunt, flos monopetalos linguæformis, convo-

convolutus, basi fructuum cohærens, fructus autem è baccis coacervatis intra pulpam humidam unum vel duo semina continentibus constat; stylus in pistillum nudum terminatur. Foliis integris & minus dissectis à Dracontio differt.

17. *Dracontium* seu Serpentaria ab Aro foliis multifidis seu in plures lacinias divisis, caule maculato seu membranaceo folliculo maculoso ab Aro distinguitur. Prior nota ad distinctionem sufficit, cum reperiatur in *Hort. Reg. Paris.* Dracunculus polyphyllos major Indicus serotinus immaculato caule.

18. *Arisarum* ab Aro differt floris formâ, qui tubus est ima parte clausus, summa apertus, & in caputii modum incurvatus.

19. *Colocasia* ab Aro distinguitur foliis umbilicatis lævibus, nullis maculis aut lituris infectis, pediculis non in extremo ut in Aro, sed pæne in folii medio, ubi umbilicus est insertis, more Cotyledonis; floribus nunc singulatim, nunc pluribus ex uno folliculato pediculo egredientibus, stylo intermedio Aro crassiori & breviori, in tenuem mucronem gracilescente.

Has quatuor plantas ad *monocotyledonum* genus pertinere puto. Verum cum de eo mihi non planè constet, reliquis Bacciferis inpræsentiarum subjungendas duxi.

20. *Asparagus*, cujus notæ flos hexaphyllos, folia tenuissima capillacea, turiones crassi esculenti, semina dura velut cornea.

21. *Moschatellina* capitulo cubico è quinque flosculis in quinque lacinias profundè divisis, composito (quibus totidem succedunt baccæ) in uno cauliculo unico, baccâ tetraspermâ ab aliis bacciferis distinguitur. Flos in hoc genere summo fructui insidet, ergo *D. Tournefortius* pag. 128. male illam annumerat plantis quarum stylus in fructum abeat.

22. *Vitis Idæa palustris* sive *Oxycoccos*. Notæ hujus folia Serpylli, viticulæ tenues supinæ, flosculi tetrapetaloides, baccæ plerumque sublongæ, locus palustris.

23. *Nymphæa lutea minor flore fimbriato*, quam Nymphoidem vocat *D. Tournefortius* & ad hoc genus reducit. Flos ei monopetalos, pelviformis, in quinque lacinias divisus, calice quinquepartito exceptus, fructus oblongus, compressus, parum carnosus, unica intus cavitate plura semina calyptrâ membranosâ involuta continens.

GENUS

GENUS DECIMUM OCTAVUM,

seu Herbæ

MULTISILIQUÆ.

Plantas *multisiliquas* voco, quarum floribus singulis plures unâ succedunt siliquæ seu vascula seminalia disjuncta.

Has plantas *multicapsulares*, *univalves polyspermas* vocat insignis Vir. D. Paul. *Hermannus*, quia capsulas post singulos flores plures, una parte interiore scilicet seu superiore secundum longitudinem hiantes, alterâ adversâ continuas, semina plura continentes, relinquunt.

Hæ dividi possunt in eas quæ *foliis* sunt crassis & succulentis, quæque tenuioribus & minus succosis. Hæ posteriores iterum subdividi possunt in eas quæ *flore* sunt regulari, & quæ irregulari.

I.

Multisiliquæ foliis crassis & succulentis.

1. *Cotyledon* seu Umbilicus Veneris, cujus notæ flores oblongi tubulosi, margine in quinque lacinias diviso, fructus è quinque thecis, multa semina minuta continentibus compositus, folia subrotunda pediculo in nonnullis speciebus centrum occupante.

2. *Sedum* seu *Sempervivum majus*, cujus notæ folia inferiora in globulos oculi Bovini æmulos congesta, flores rosacei quodammodo, in plura petala expansi, in surculis reflexis in summis caulibus, fructus è multis siliquis sive corniculis conflatus. Folia caules vestientia ab inferioribus multum diversa sunt.

3. *Sedum minus* à præcedente, parvitate sua, foliorum angustia, & paucioribus in flore petalis, quinque nimirum vel sex, paucioribusque siliquis flori succedentibus differt

4 *Telephium*. Folia in in hoc non conglobantur in capitula ut in Sedo; nam à prima statim germinatione excaulescit. Flores ei in summis caulibus velut in umbellas aut fasciculos coacti, pentapetali, stellati, quibus succedunt thecæ, plurimum quinque.

II.

Multifiliquæ foliis tenuioribus & minus succulentis.

1. *Flore Regulari.*

1. *Paonia*, cujus notæ flores rosei maximi, radices crassæ vel tuberosæ, cornicula seminalia recurva lanuginosa, semina majuscula, rotunda.

Hæc planta ad monocotyledonum genus pertinet. Verum cum non datur alia præter eam, monocotyledon multifiliqua, ad hanc tribum referendam duximus.

2. *Helleborus albus*, cujus notæ, folia nervosa, liratim striata & velut plicatilia, flores hexapetali nudi, seu calice carentes; siliquæ seu vaginæ plerumque tres unicuique flori succedentes, semina continentes alia aliis superincumbentia, frumenti grano similia, alâ membranaceâ cincta.

Hanc plantam in *Methodo* mea & *Historia Plantarum*, Parkinsono nimis credulus inter Herbas Gymnospermas semine triquetro disposui. Verum eam *Multifiliquam* esse post *D. Tournefort* à *D. Carolo Preston* M. D. certior factus sum, qui & fructum ipsum ad me misit, nè ullus superesset dubitandi locus. Utcunque sit, an rectè eam huc retulerim hæreo, cum flos stamineus potius esse videatur.

Abutilon foliis mollibus Althææ, floribus è foliorum alis exeuntibus, Alceæ thecis bivalvibus cum solitariis in singulis seminibus ab aliis hujus generis differt. Thecis disjunctis & tantum contiguis, non cohærentibus ut in illis, ab *Alceis Indicis* distinguitur. Verum ob convenientiam in aliis notis, totoque habitu & facie externa, hinc potius transferenda & illis subjungenda est.

Nota siliquas in hoc genere bivalves esse, & semina solitaria continere; unde nec nota generica *Multifiliquarum* initio posita ei convenit, nimirum quod thecæ interiori duntaxat latere dehiscant, & unicâ laminâ constant, semina plura continentes.

3 *Helleborus niger*, cujus notæ, folia digitata, florum petala tubulosa, stamina & capitulum velut coronâ cingentia. Folia illa lata, speciosa, quæ florum petala vulgò habentur, cum non defluant aut marcescant, sed ad fructûs usque maturitatem durent, calicem potius constituere videntur.

4. *Aconito hyemali* folia Aconiti, flos Ranunculi in medio folio.

5 *Barba capri* flos pentapetalos, folia triangulata, Umbellatarum modo divisa.

6. *Pseudo-helleborus Ranunculoides D. Bobart.* Cujus notæ sunt flores Hellebori in modum expansi, nudi, tubulis quales Helle-

Helleboro nigro donantur destituti, siliquæ plurimæ semina subrotunda continentes, folia singularia pediculis propriis insidentia, circumscriptione subrotunda, alia integra, alia laciniata.

Ad hoc genus refert *D. Bobartus* 1. Caltham palustrem. 2. Ranunculum globosum, quas nos genere distinctas facimus. 3. Ranunculum montanum Aconiti folio, flore albo majore *B. C.* 4. Ranunculum montan. Acon. fol. flore albo minore *Ejusd.*

7. *Calthæ palustris* flos Ranunculi, sed nudus absque perianthio, siliquæ radiatim dispositæ, folia integra, subrotunda.

8. *Ranunculo globoso* folia Aconiti, flos ad Ranunculum accedens, nudus, petalis concavis, & introrsum modicè reflexis; ut globum sessilem imitentur, unde nomen.

9. *Plantago aquatica minor stellata*, foliis, ut & floribus tripetalis cum Plantagine aquatica minore convenit; siliculis membranaceis stellatim dispositis, plurimis unicuique flori succedentibus, ab eadem differt.

10. *Butomus seu Juncus floridus C. B.* Hujus notæ, folia graminea, triangula; caules nudi, in summo florum umbellas sustinentes; in aquis nasci.

Plantæ Flore Regulari Bisiliquæ.

1. *Apocynum*, cujus notæ siliquæ ad singulos flores geminæ, unicapsulares, univalves, ab interiori latere per longitudinem dehiscentes, & in his semina cum propendente lanugine, imbricum modo stylo nutritivo incumbentia *Herman.* succum lacteum fundere; folia in caulibus bina adversa.

Apocynum duum generum seu formarum flores, fatente *D. Tournefortio* Elem Bot. pag. 77. obtinet. Si ergo à floris figura nota generica sumenda sit, cur plantas Apocyna dictas in duo genera non dividit?

Idem Periplocam ab Apocyno genus distinctum facit, cujus nota. Flos ad basin usque in quinque lacinias, stellæ in modum dispositas sectus. Absolutè loquendo, inquit, Periploca inter herbas floribus stellatis (*en rosette*) collocari debet. Cur ergo eam ibi non disponit? sed ab Apocyno & Asclepiade minimè separandam monet, non obstante floris forma. Annon hinc sequitur agnoscere ipsum, posse herbas quæ floris formâ differunt, genere convenire, nec floris figuram, si cætera non respondeant, sufficere ad genera distinguenda. Idem pag 112. Echii florem non esse omnino regularem fatetur non tamen propterea rescindendum esse illud genus à Cassis 2. Sect. 4. cujus characteristicæ pars est, florem habere regularem.

2. *Asclepias* vix alia in re ab Apocyno differt, quàm quod succum

cum lacteum non reddat, filiquæ etenim binæ singulis flosculis succedunt, non ut scripsi in Historia, singulæ.

3. *Clematis Daphnoides.* Hujus notæ sarmenta longa repentia, folia hederaceorum colore & consistentia, flos amplus, filiquæ ad singulos flores geminæ utraque extremitate cohærentes angustæ, duo vel tria semina continentes oblonga, nullâ adhærente lanugine.

2. *Plantæ Multifiliquæ foliis minus succulentis Flore Irregulari.*

1. *Fraxinella*, cujus notæ stamina in flore multa, prælonga recurva, flores spicati, thecæ singulæ capsulam includentes quæ per maturitatem in duas partes seu valvulas aperitur, quæ revolutæ à se invicem recedentes semina ejaculantur magna nigra splendentia *D. Tournef.* Folia pinnata Fraxini, unde nomen.

2. *Aconitum*, hujus notæ sunt, folia circumscriptione subrotunda, laciniata, flores cucullati, semina rugosa. Qualitas, in plerisque saltem speciebus, maligna & deleteria.

3. *Staphu agria* foliis & filiquis atque etiam viribus cum Aconitis convenit; flore cum Delphinio, ad quod etiam semine magis accedit quàm ad Aconitum.

4. *Aquilegia* notæ sunt, flores penduli è foliis planis & corniculatis, alternis, (corniculis rostratis seu recurvis) compositi, folia Umbelliferarum modo divisa, semina nigra lucida. Aquilegiam flore stellato & flore pleno è corniculatis duntaxat foliis composito pro varietatibus non pro speciebus Aquilegiæ habeo.

5. *Delphinii* notæ sunt, folia in tenues lacinias dissecta, flores calcari donati, semina nigra triquetra.

Herba

Herbæ enangiospermæ *seu* vasculiferæ *flore monopetalo sunt vel eodem.*

- *Uniformi* seu regulari, variorum generum,
  - *Integro*, vel in lacinias minus profundas secto; ut CONVOLVULUS, NICOTIANA &c.
  - *Tetrapetalum referente* seu tetrapetaloide; ut VERONICA &c.
  - *Pentapetalum referente*, seu pentapetaloide
    - *Unicapsulares*; quibus seminum sedes in medio est, exterius protegente vasculo; ANAGALLIS. &c.
    - *Bicapsulares*; seu vasculo in duo loculamenta diviso ut CENTAURIUM MINUS. &c.
    - *Multicapsulares*, seu vasculo in multa, id est plura duobus, loculamenta seu thecas diviso; VALERIANA GRÆCA. &c.
- *Difformi* seu irregulari,
  - *Figura varia*; ARISTOLOCHIA &c.
  - *Galeato aut labiato*; MELAMPYRUM &c.
  - *Rictum exprimente*
    - *Calcari prædito*; LINARIA.
    - *Calcari carente*; ANTIRRHINUM &c.

GENUS

GENUS DECIMUM NONUM,

seu Herbæ

VASCULIFERÆ FLORE MONOPETALO.

I.

Uniformi sive Regulari.

1. *Integro aut in lacinias minus profundè secto.*

Hæ præter floris calicem, vasculum aut capsulam obtinent, in qua semen includitur, ad singulos flores simplicem aut singularem, quamvis aliquando in loculamenta divisam.

1. *Hyoscyamus*, cujus notæ, folia in caulibus alterna, mollia, pinguia; calix in denticulos acuminatos quinquepartitus, à flore in quinque segmenta diviso, in ventrem extumescens; Vasculum seminale scyphi figurâ, bicapsulare, operculo tectum, quod per maturitatem sponte a' secedit; vis narcotica & virosa.

2. *Nicotiana*, notæ, flos è tubo oblongo in latitudinem expansus, margine pentagono seu quinquepartito; Vasculum seminale bicapsulare, seminibus intus minutissimis numerosissimis repletum; folia per margines æqualia, seu non incisa, pinguia, lanuginosa.

3. *Gentiana*, cujus notæ, folia nervosa, in caulibus ex adverso bina; flores calathoides, margine in lacinias aliquot, totidem folia imitantes, plerumque diviso; Folliculi bicapsulares, semina in plerisque speciebus plana & foliacea continentes.

Gentianæ flores formâ differre agnoscit *D. Tournefortius*, nihilominus *Gentianas* omnes ad idem genus reducit, ne scilicet cogeretur *Gentianellis* annumerare species nonnullas quæ *Gentianis* majores essent, quod absurdum ei videbatur. At cur, ut hoc inconveniens vitaret, non potuit novum *Gentianellis* nomen imponere, cum aliàs novorum nominum parcus non sit?

4. *Stramonium*, notæ, flos ex oblongo tubo, calathoides, conceptaculum seminis grande, spinosum, in quatuor loculamenta divisum, semina compressa, plerumque reniformia.

5. *Convolvulus*. Hujus notæ sunt, flos campanulatus, margine integro & plerumque reflexo, conceptaculum seminis subrotundum, membranaceum. Caulibus scandere, succo lacteo scatere,

ſcatere, vaſculum ſeminis habere in terna loculamenta diviſum pleriſque hujus generis ſpeciebus conveniunt, non omnibus. *D. Tournefort* ſe plures habere Convolvuli ſpecies ſcribit, quorum fructus nonniſi unam cavitatem habent.

6. *Soldanella Alpina*, notæ, caules erecti, folia rotunda, ſiliquæ teretiuſculæ, erectæ; ſed præcipuè flores campanulati, margine fimbriato.

7. *Campanula*, cujus notæ, flos campanulatus in quinque plurimum lacinias ad margines ſectus, ſummo fructui inſidens, vaſculum ſeminale in terna loculamenta diviſum, ſucco lacteo ſcatere: quod etiam quinque ſequentibus generibus convenit.

8. *Medium* ſive *Viola Mariana* à Campanula differt, fructu in quinque cellas diviſo & floris marginibus minus profundè ſectis. Hujus ſpeciem facit *D. Tournefort* Campanulam foliis Echii *C. B.* pin.

Trachelium umbellatum azureum *Pona D. Tournefort* diſtinctum genus per ſe facit quòd fructus ejus membranoſus ſit, tribus angulis rotundis, in tres cellas diviſus ſeminibus minutiſſimis repletas.

9. *Rapunculus corniculatus*, notæ flos in quinque lacinias longas angulatas diſſectus; flores autem in ſpicas vel faſciculos ſeu capitula denſè ſtipati, & in nonnullis ſpeciebus in florem quendam aggregatum ſeu totalem, cui calix etiam ſubeſt, coaggeſti ſunt.

10. *Speculum Veneris* flore in quinque lacinias latas diſſecto marisque quàm in Campanula expanſo, ſed præcipuè vaſculo ſeminali oblongo, & in ſiliquam producto, à reliquis hujus generis differt.

11. *Rapunculus galeatus* ſeu *Flos Cardinalis*, Rapuntium *Tournefortii*. Flos in aliquibus ſpeciebus tubus eſt apertus, in canali formam ſupernè expanſus, deinde in quinque partes velut digitos diſſectus. Tubus floris, vaginâ quadam ſtylum è medio calice etiam includente, oppletus eſt. Fructus Rapunculi vulgaris unitus.

Notum in Hiſtoria Plantarum pag. 731. & ſeqq. quinque genera præcedentia ob conformitatem vaſculi ſeminalis, ob florum ſitum vaſculi ſeminalis reſpectu ſimilem, quodque lacte ſcaterent, ad idem genus reduximus. Verum ob florum diſſimilitudinem, & aliquam in nonnullis fructus differentiam, jam ſeparamus: cum genere tamen proximè ſuperiori omnia conveniunt.

D. Tournefort pag. 92. Claſſis 1. Sectioni 7. Rapunculum corniculatum ſubjicit, cujus flos cum expanditur ſtellam quinque radiorum referit nec ullam cum campanâ ſimilitudinem obtinet; quamvis Sectionis ejus Tituli pars ſit, *Florem habere campanu-*

panulatum: & rectè ob conformitatem in reliquis partibus, & toto plantæ habitu.

2. *Herbæ Enangiospermæ Flore monopetalo uniformi tetrapetalum referente seu Tetrapetaloide.*

1. *Veronica*, cujus notæ, flos monopetalos in quatuor lacinias totidem folia referentes ad unguem ferè divisus, cujus calix non decidit unà cum flore, sed ad seminis usque maturitatem restat; vascula seminalia compressa, in bina loculamenta divisa Thlaspeos instar, à quo differt non tantum flore monopetalo, sed calice ejus à flore deinpso residuo, & quòd florum pediculi e foliorum sinubus seu angulis quos cum caule efficiunt excant. Flos non exactè regularis aut uniformis est, cum unum ejus segmentum reliquis angustius sit.

2. *Morsus gallinæ minor*, flore regulari, petalis æqualibus, fructu tumidiore & velut testiculato à Veronica differt.

3. *Cuscuta*, cujus notæ, caules aphylli, flores monopetali, albi, in quatuor (rarius quinque) segmenta acuta divisi, calice viridi, succulento, pariter quadripartito excepti, fructus rotundi, semina quatuor oblongo-rotunda continentes.

3. *Herbæ Enangiospermæ Flore monopetalo uniformi pentapetalum referente, seu Pentapetaloide.*

a. *Unicapsulares, quibus seminum sedes in medio est, exterius protegente vasculo.*

1. *Anagallis*, cujus notæ, folia in caule ex adverso bina, flores in singulis foliorum alis singuli pediculis longis tenuibus hærentes, capsulæ seminales per maturitatem horizontaliter seu transversim in medio dissilientes.

2. *Paralysis* sive *Primula veris*, cujus notæ caules foliis nudi, flores e tubo oblongo in quinque lacinias bifidas expansi, eorumque calices integri, longi, concavi, striati; folia rugosa minusque crassâ texturâ quam Auriculæ Ursi folia.

Numerus fortasse laciniarum in flore constans non est, ut nec in alio fere floris genere, verum usitatus & naturalis quinarius est.

3. *Auricula ursi* à Primula differt foliis lævioribus & densioribus, floris calice breviore ut florum tubi fere nudi appareant, foliorum quorundam rudimentis in caulis vertice, e quibus florum pediculi exeunt.

4. *Androsace* ab Auricula ursi distinguitur, quòd flos ejus in fundo minime perforatus sit quemadmodum illius, observante *D. Tournefort. D. Hermannus* ei adscribit vascula rotunda; calices magnos, quinquifidos, expansos; flosculos in umbellam sparsos, parvos, pentapetaloides; folia parva, nervosa, Plantaginea, crenata.

5. *Cortusa Americana*, cujus notæ secundum *D. Volckamerum* sunt, flores perfecti, uniformes, monopetali, quinquefariam divisi, ac in spicam digesti, minimi; semina plura seu incerti numeri, parva, oblonga, splendentia, nigra pericarpio membranaceo simplici, per maturitatem in duas carinas sponte dehiscenti, inclusa.

6. *Lysimachia lutea*, notæ folia salicis oblonga, capsula subrotunda, (ex binis quasi vasculis constructa, parva *Herman.*) cujus apex per maturitatem in plures partes se aperit.

Ad Lysimachiam luteam, Nummulariam majorem luteam *C. B.* & Anagallidem luteam nemorum *ejusdem* refert *D. Tournefort.* Verum tota facie nimis recedunt a se invicem hæ plantæ, quàm ut ad idem genus referantur.

7. *Nummularia*, à figura foliorum rotunda nummi æmulâ dicta flagellis reptatricibus, floribus è foliorum alis exeuntibus singularibus (conceptaculis rotundis in calicibus quinquefidis occultatis *Herman.*) ab aliis hujus generis distinguitur. Conceptacula (observante *D. Preston*) in aliquot partes acuminatas aperiuntur, semina plurima minuta continentes, placentæ medæ adhærentia. Fructus nimis parvi sunt quam ut ego unquam in iis hasce partes observare potuerim.

8. *Glaux exigua maritima*, cujus notæ, flores parvi è foliorum sinubus exeuntes, nudi, quinquepartiti, capsulas membranaceas relinquentes, summitate se aperientes in plures partes, & placentam intus continentes, seminibus aliquot minutis onustam. *D. Tournef.*

9. *Trifolium paludosum*, *Menianthes.* Foliis formâ & magnitudine Fabaceorum, ternis in uno pediculo; floribus in thyrso speciosis, interius candidis filamentis crispis pubescentibus; conceptaculis seminum subrotundis, bivalvibus, unico intus alveolo, locoque natali in aquosis, se manifestat.

10. *Samolus* Valerandi, sive Anagallis aquatica tertia *Lob.* notæ, folia subrotunda, non crenata; flores parvi, pentapetalos simulantes capsulæ in calicibus quinquepartitis subrotundæ, in aliquot partes acuminatas se aperientes seminibus parvis rufescentibus repletæ, placentæ mediæ adnascentibus.

Samolum à Lysimachia lutea distinguit *D. Tournefortius* quòd fructus ejus ortum sumat à pistilo & calice simul, quæ quidem sufficiens nota distinctionis est; verum quomodo conveniat cum

Sectio-

Sectionis nota generali, nimirum quòd in generibus ei subjectis stylus in fructum abeat, non video.

11. *Hydrophyllon* Morini, Dentariæ affinis Echii flore capsula Anagallidis *Dodart* & *Morison*, notæ flos campanulatus in quinque lacinias dissectus, calix stellatus; fructus propemodum iphæcus, in dno hemisphæria à summo ad imum se aperiens, semen unicum ferè rotundum includens. *D. Tournefort.*

12. *Viola aquatica*, notæ, folia pennata, aquis plurimum immersa, caules nudi cum floribus plurimis speciosis Leucoii monopetalis in quinque segmenta ad unguem fere fissis, ut pentapetali videantur. Fructum non observavi, unde an ad hunc locum propriè pertineat necne incertus sum.

13. *Pyrola Alsines flore*, Alsinanthemos, in summo caulículo folia multa velut in umbella gestat. Flores in pedicellis tenuibus singulis singuli, stellati, monopetali, (quantum memini) in quinque lacinias divisi.

Cum nec hujus fructum unquam viderim, de illius loco non minus incertus sum quàm de præcedentis.

b. *Bicapsulares.*

1. *Centaurium minus*, cujus notæ, flores è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expansi, vasculum seminale cylindricum in duo loculamenta divisum, semina minutissima continens, amaror insignis.

2. *Centaurium luteum* perfoliatum, notæ folia in caule adversa in unum coalescentia, ut in Dipsaco, flores flavi in octo laciniis, totidem folia imitantes, ad unguem ferè divisi, capsulæ subrotundæ, bivalves, seminibus minutissimis repletæ.

3. *Verbascum*, notæ: folia in caulibus alterno ordine sita, flores in thyrsis oblongis contexti, non horizontaliter expansi, sed situ potius erecto, capsulæ bivalves conicæ aut turbinatæ.

4. *Blattaria* à Verbasco non alia ferè in re differt quàm capsulæ figurâ sphæricâ, cum Verbasci, ut diximus, turbinata sit. Addi potest florum situs in spicis rarior, & foliorum color vividior: quamvis hoc perpetuum non sit aut omnibus speciebus commune.

c. *Multicapsulares,*
seu
Vasculo in plura duobus loculamenta aut thecas diviso.

1. *Valeriana Græca*, foliis longis pinnatis Viciæ ferè in modum, floribus amplis, deorsum nutantibus, vasculis seminalibus turbinatis, in tria loculamenta divisis, per matura-

tem in summitate dehiscentibus, semina parva, oblonga, nigricantia continentibus, ab aliis hujus generis differt.

2. *Trifolium acetosum*, *Oxy.*, insignibus notis ab aliis omnibus plantis differt, nimirum foliis in eodem pediculo ternis, cordatis, sapore acido; floribus in singulis pediculis singulis, vasculo seminali pentagono (in quinque loculamenta partito *Tournef.*) quod per maturitatem levi tactu dissiliens cum impetu semina ejaculatur. (Semina operculo quodam obvolvuntur, quod contractione sua ea satis longe à fructu expellit *Tournef.*)

3. *Malva*, cujus notæ Flos monopetalos, in quinque segmenta ad unguem ferè divisus, semina in rotulæ aut cascoli formam circumacta.

D. Tournefort. Elem. Bot. p. 81. *Morisonum* & scriptores omnes quos ipse legerat flores Malvæ pentapetalos esse affirmare ait. At verò si Historiam nostram legisset, florem Malvæ monopetalon esse à nobis dudum observatum reperire potuisset, pag. 597. in descriptione *Malvæ crispæ* & pag. 599 in descriptione *Malvæ vulgaris.*

Hanc plantam in Methodo mea & Historia plantarum Plantis gymnospermis polyspermis accensui, non quod per ignorantiam capsulam pro grano haberem, ut existimat *D. Tournefortius.* Novi bene *Cæsalpinum* Malvarum seminibus singulis singulos folliculos tribuere, & à seminibus nudis ea distinguere, ut patet ex Synopsi methodi *Cæsalpinianæ*, quam *Methodo meæ stirpium nostræ* Anno 1682. editæ subjunxi; sed quòd pro seminibus nudis habuerim quæcunque per maturitatem à matribus suis singulatim sponte separantur & abscedunt, ut alibi latius exposui. Verum quamvis hoc respectu cum plantis gymnospermis conveniat, quoniam tamen floris formâ, ejusque pistillo, & seminibus intus exteriore tegumento denudatis, & foliis totiusque plantæ habitu, quin & vi emollientè cum *Alcea Indica* convenit, minime ab ea separandam agnosco; secundum regulam mihimetipsi & aliis præscriptam.

4. *Alcea* à Malva foliis dissectis seu laciniatis differt.

5. *Alcea* ab eadem foliis mollioribus magisque incanis. In Historia Plantarum folium productius minusque rotundum Althææ notam fecit, nec adhuc rationem video cur eam rejiciam. Nam planta primò *Alcea* dicta quæ & in medicorum scriptis, & in Officinis, & apud eos vulgus hoc nomine innotescit, folio est productiore. Primum autem in unoquoque genere est mensura cæterorum. Deinde figura folii ad distinguenda genera pluris esse videtur, quàm color aut mollities. Herbarii etiam ipsi Malvam arboream *Plantam* & nostratem Malvis annumerant, quamvis folia mollia & incana habeant, ob foliorum formam fere rotundam. Nos quidem Botanicos qui eas primo observâ-

servârunt & descripserunt secuti, species nonnullas folia subrotunda habentes in capite de Althæa complexi sumus, ob nimiam festinationem, & incogitantiam.

Tournefortius Althæam à *Malva* distinguit, non aliam ob causam quàm nè à communi usu recedat. Sic pag. 104. *Coronopum* à *Plantagine*, pag. 131. *Dracontium* ab *Aro* foliis profundè laciniatis distinguit, quia scilicet usu communi recepta & velut stabilita sunt hæc genera. pag. 94. *Galium* ab *Aparine* foliis lævibus discriminat; *Cruciatam* ab utroque numero foliorum ad unumquemque nodum: nam absolute loquendo (inquit) distingui non deberent pag. 87. *Cucumis*, *Citrullus*, *Melo*, nonnisi unum genus absolutè loquendo constituere deberent, ni usus se opponeret. Verum cur in his adeò scrupulosus est nè à communi usu recedat, cum in aliis quæ majoris momenti sunt innovare non veretur; siquidem *Dictamnum* ad *Origanum*, *Hederam terrestrem* ad *Calamintham*, *Lepidium glastifolium* & *Raphanum rusticanum* ad *Cochleariam*, *Scorodoniam* & *Scordium* ad *Chamædryn* audacter & sine apologia reducit.

Liceat his subjungere quæ Clariss. Vir *Paulus Hermannus* in *Paradiso Batavo* nuper edito de Malvarum divisione habet pag. 4.

Plantæ Malvaceæ vulgo dictæ (inquit) *seu quæ nominibus* Malvæ, Alceæ, & Althææ *notatæ sunt, in duo summa genera dispesci possunt, quorum primum continet eas quæ ferunt semina nuda; alterum quæ semina habent capsulis inclusa. Prioris generis plantæ* Malvæ, Alceæ, & Althææ *absolutè dicuntur, Posterioris* Alceæ Indicæ. Rob. Morison *Primi generis species* Malvas *&* Alceas, *Posterioris verò* Althæas *appellat.*

Malvas, Alceas & Althæas vulgò dictas semina nuda proferre nostra etiam fuit sententia, quod earum semina exteriore illo integumento, quod nonnulli capsulam esse volunt, induta à planta matre singulatim sponte abscederent aut separarentur. Verum cum curiosiores plantarum spectatores, superioris seculi *Andreas Cæsalpinus*, præsentis *D. Tournefort*, exterius tegumentum capsulam esse volunt semen continentem, non partem seminis, horum sequacibus litem non movebo; nec enim tanti esse existimo hac de revehementer contendere; unusquisque per me licet suo fruatur judicio. Pergit *D. Hermannus.*

Visum est nobis Morisoni *sententiam, à modernis plurimis receptam sequi, & Officinarum* Althæam, *aliis* Ibiscus *aut* Bismalva *dictam priori, nempe* Malvarum *generi inscribere, &* Malvæ mollis *&* incanæ, *seu ut* Morisono *placuit*, palustris *nomine appellare, tum quòd à* Malvis *non differt, nisi quòd mollior, pilosior, magis incana, & mucagine plenior, atque adeo partibus*

omnibus Malvis *similior quàm* Alceis *sit, tum quòd ab ipso præceptore* Dioscoride, Malvæ *sylvestris species enuncietur.*

Consultius, me judice fecisset, si *Althæa* nomen non solicitasset, nec *Ioiscum seu Bismalvam* ex ejus possessione, quâ per multa secula gavisus fuit, deturbâsset, ad confusionem vitandam; quæ sequeretur si nomen Althææ aliud in Medicorum & Botanicorum omnium libris qui huc usque scripserunt, aliud in *Morisoni & sequacium* scriptis in posterum denotaret. Procedit *D. Hermannus.*

Sunt autem Malvis *semina nuda, plurima, semilunaria in rotulæ seu placentæ formam circumacta*; Calyces *quasi gemini in octo, plura, vel pauciora segmenta tanquam foliola divisi*: flores *é quinque petalis ad unguem junctis, & intermedio stylo apicibus prædito; vel hujus loco numerosis petalis constructi, in iis scilicet quæ flore pleno sunt, nunc singulatim, nunc acervatim, nunc in spicam congesti.* Folia *simplicia alterna, vel subrotunda, veloblonga vel integra vel minus profundè lobata.*

(*D. Tournefort* Elem. Bot pag. 85. Florem exactius describit. *Flores*, inquit, *in quinque partes totidem folia imitantes ad basin ferè dividuntur, in fundo excavati, quo in loco tubus extat pyramidalis, staminibus & apicibus plerumque obsitus.*)

His annumeratur (ait porro D. Hermannus) *quædam heteroclita seu degener Malva, sylvestris betonicæ folio* D. Bocconi *dicta, cujus semina nec semilunaria, nec in rotam acta, sed subrotunda & in capitulum Botryos in modum congesta sunt.*

Quæ Alceæ *nomine veniunt duplicis sunt generis. Prioris species partibus præcipuis cum Malvis conveniunt.* Caules *autem* & folia *nonnihil asperiora sunt, & in angustiores & profundiores laciniis dissecta.* Flores *nullis in medio petalis, sed apicatis stylis exornantur, & vel singulatim, vel acervatim è foliorum alis exoriuntur. Posterioris species proferunt semina nuda, trigona, quina, varius plura vel pauciora, presè juncta, & in capitulum congesta, in superficie vel glabra vel* Xanthii *modo echinata & lappacea.* Calices *ut plurimum quinquifidos*: flores *pentapetalos velut in priori genere ast minores*: folia *vel integra, in margine tantum crenata,* Carpini, Ulmi, *aut* Mori *foliorum similia, vel in lobos plus minusve profundos dissecta.*

Althææ *producunt* semina *vel angulosa vel rotunda, in vasculis, loculis quinque plurimis aut paucioribus instructis, formæ & magnitudinis variæ*; Calices *&* flores *malvaceos, diverso modo dispositos*; folia *alterno nunc integra, nunc lobata, nunc profundius laciniata.*

Cæterum certiores distinctionis notas inter *Malvam, Alceam* & *Al-*

& *Altheam* nobis ſuppeditavit eruditiſſimus Vir & curioſiſſimus ſtirpium obſervator *D. Carolus Preſton* M. D. Edinburgenſis Scotus. Videlicet quod *Malva* duplicem habeat calicem interiorem quinquifidum, exteriorem trifidum; *Alcea*, ſimplicem, videlicet interiorem quinquifidum, quamvis exterioris calicis vice foliola habeat tria filamentoſa; *Althæa* duplicem calicem, ſed exteriorem etiam in quinque lacinias diviſum, ut in Malvis roſeis dictis.

6. *Alcea Indica* Ketmia *Tournefortio*. Flos hujus Malvaceo ſimilis eſt. Fructus ſecundum longitudinem in plura loculamenta ſeminibus repleta dividitur, qui ſumma parte in tot plerumque partes aperitur quot habet cellas ſeu loculos thecasve.

7. *Abutilon* (de quo etiam ſupra pag. 77.) florem fert Malvaceo generi ſimilem, cui & foliis totoque habitu ſimilis. Ab *Alceis Indicis* diſtinguitur thecis disjunctis & tantum contiguis in quibus ſolitaria ſemina reconduntur, cum in Alceis Indicis thecæ conjunctæ ſint & ſimplex vaſculum conſtituant, in quarum ſingulis complura ſemina.

8. *Xylon* ſive *Goſſipium* flore cum præcedente convenit; fructus in tres quatuorve cellas dividitur, ſeminibus cotone involutis repletas. Nos tres tantum obſervavimus, totidem *Margravius*, *D. Tournefortius* quatuor, *J. Bauhinus* utrumque numerum. Numerum ternarium naturalem & ordinarium eſſe exiſtimo.

II.

Herbæ vaſculiferæ flore monopetalo difformi *ſeu irregulari.*

1. *Figura varia.*

1. *Ariſtolochia*, cujus notæ, flos corniculatus, ſemifiſtularis labio in palæ aut lingulæ formam producto, pericarpium grande membranaceum, in ſex plerumque loculamenta diviſum, ſeminibus compreſſis repleta.

2. *Scrophularia* flos velut auriculatus, ore quàm ventre anguſtiore, vaſculum bivalve ſubrotundum acuminatum, in duo loculamenta diviſum ſeminibus fœtum parvis fuſcis, folia in caulibus contrariis inter ſe pediculis bina.

3. *Digitalis* flos pendulus, concavus, labiatus, dactylothecam referens, verſus unam caulis partem ſpectans: vaſculum bivalve in duo loculamenta diviſum, ſubrotundum, acuminatum, ſeminibus plurimis exiguis refertum, folia in caulibus alterno aut nullo ordine ſita.

4. *Gratiolæ* folia in caulibus adversa, bino ordine. Præterea à Digitali multis modis differt, floribus scilicet tubulosis, striatis, in aliquot lacinias divisis, singulatim ad foliorum exortum prodeuntibus, ut rectè observavit *D. Hermannus.*

5. *Sesamum* ad Digitalem refert *D. Tournefort. D. Rivinus*, & rectius me judice, novum de eo genus facit *Monopetala pericarpio quadricapsulari* titulo.

6. *Bignonia* Tournefortii, cujus notæ, flos monopetalos, tubulatus utrinque patens, & quasi bilabiatus, fructus seu siliqua in duo loculamenta septo intermedio divisa, seminibus fœta, plurimum compressis, utrinque alatis.

Huc refert Gelseminum *Indicum* Hederaceum *Cornuti* id est Tecomaxochitl *Mexicanorum.* 2. Gelsem. luteum odoratum *Virginianum* scandens & semper virens *Park.* 3. Clematidem tetraphyllon *Americanam* Digitalis flore *H. R. P.* 4. Clemat. quadrifoliam, flore Digitalis luteo, claviculis aduncis *Plumier*, cum multis aliis, in *Institutionibus* recensitis.

6. *Pinguicula*, notæ cauliculi nudi, unicum in summitate florem violam referentem calcari donatum gestantes, vasculum seminale bivalve subrotundum, folia humi strata, pallida, humore pingui madentia.

8. *Gladiolus Lacustris*, notæ folia intus duplici tubo per longum excavata, flores pentapetaloides ad Gladioli formam accedentes, vascula turbinata; aquis profundè immergi.

9. *Coris*, cujus notæ, (observante *D. Tournefort*) flos monopetalos, personatus, posterius tubulatus, anterius velut flabelliformis, fructus fere globosus, in multas partes dehiscens, seminibus fœtus subrotundis, & in ipso calice reconditus.

2. *Flore labiato aut galeato rictumve exprimente.*

1. *Antirrhinum*, notæ flos rictum exprimens, clausus nonnullis dictus, labio superiore bifido, inferiore tripartito, calcari carens. Vasculum seminale in bina loculamenta divisum, virum caput & nares referens, è tribus foraminibus semina fundens.

2. *Linaria*, notæ flos rictum exprimens, calcari donatus, vasculum in bina loculamenta divisum, seminibus modò compressis & foliaceis, modò angulosis & subrotundis repleta.

Linariæ aliquatenus accedens, folio Bellidis *J. B.* planta est anomala & sui generis, nec cum Linaria flore aut foliis convenit. Flos enim rictum non imitatur, verum è tubo oblongo in quinque segmento expanditur, nec ego ullum calcar aut corniculum retrorsum extensum observare potui, quo etiam uterque *Bauhinus* eum carere affirmant. Folia insuper quæ in caule

sunt

ſunt multum differunt ab iis quæ ad radicem, ſecus quàm in ulla nobis hactenus obſervata Linariæ ſpecie.

Elatine, ſecundum *D. Rivinum* non eſt Linaria, quia capſulæ ſeminales quando maturantur non dehiſcunt per modum Linariæ, ita & modus creſcendi diverſus eſt à Linaria &c. Jungitur verò plantis quæ flore ſunt monopetalo, clauſo & labiato, & ſemina proferunt pericarpio membranaceo bicapſulari incluſa. Verum cum flore rictum exprimente calcari donato cum Linaria conveniat, ad eam me judice rectius refertur.

3. *Aſarina* Lob. A Linaria differt quòd flos calcari omnino deſtituatur: ab Antirrhino fructûs figurâ, quæ capiti vitulino ſimilis non eſt, ſed Linariæ vaſculo, ut velut medium quoddam genus ſit inter *Antirrhinum* & *Linariam*. Ab utraque *Hedera terreſtris* foliis mollibus & hirſutis differt.

4. *Pedicularis* notæ flores galeati & labiati, labello tripartito: florum calices ampli, & veſicularum inſtar inflati, vaſcula ſeminalia occultantes bicapſularia compreſſa aut ſubrotunda, tum in ſummo, tum in lateribus in duo foliola ſe aperientia, ſeminibus fœta oblongis vel compreſſis.

5. *Euphraſia*, cujus notæ, folia venoſa ſerrata, floris labium ſuperius ſurrectum, reflexum, quadripartitum, inferius in tres partes diviſum, quarum unaquæque bifida, vaſculum bicapſulare, ſemina albicantia.

Cratæogonon Euphroſynes facie, Odontites *Rivino*, nobis Euphraſiæ ſpecies eſt, ſiquidem ſemine & vaſculi ſeminalis formâ ac ſitu cum Euphraſia convenit, quamvis floribus ex galea ſimplici & labello trifido conflatis ab eadem differat. Si quis o florum ſtructuram genere diſtinctum mallet, ego non valde repugnabo.

6. *Ageratum purpureum Dalechampii*, notæ, obſervante *D. Tournefort*, flos monopetalos perſonatus, infernè tubulatus, ſupernè in duo velut labia diviſus, quorum ſuperius bifidum, inferius tripartitum: fructus oblongus, membranaceus in duo loculamenta diviſus, & ſeminibus tenuiſſimis fœtus.

7. *Clandeſtina D. Tournefort*, cujus notæ, flos monopetalos, perſonatus, infernè tubulatus, ſupernè in duo labia diviſus, quorum ſuperius fornicatum eſt, inferius verò tripartitum, calix pariter tubulatus crenatusque: fructus oblongus, unicapſularis in duas partes dehiſcens, vi elaſtica ſemina ſubrotunda propellens.

Hujus generis unam tantum ſpeciem novit *D. Tournefort*, nimirum Dentariæ affinem alteram acaulon *H. R. P.*

8. *Melampyrum*, notæ floris labium ſuperius arcuatum ſeu fornicatum & inciſum, inferius integrum, ſibi mutuo conjuncta: folium breve laciniatum & canaliculatum, pericarpium

ſinu

ſinu ſuo excipiens bivalve, quod à cuſpide ad baſin in duas carinas aperitur, quarum utraque in duplicem alveolum medio interſepimento dividitur, quod alterius carinæ (cum ſibi mutuo applicantur) interſepimento commiſſum integrum parietem intergerinum efficit, interiorem fructûs cavitatem in duo loculamenta, ſeminibus repleta dividentem. Semina triticeis ſimilia unde nomen. *D. Tournefort.*

9. *Polygala*, notæ flos una parte clauſus, ſumma expanſus & in duo labia diviſus, ſuperiore biſido, inferiore plerumque fimbriato, vaſcula ſeminalia Thlaſpeos, compreſſa, didyma. Fructus floris calice obtegitur è quinque foliis compoſito, quorum tria parva, duo grandia, velut alæ fructum amplectentia.

10. *Acanthus*, cujus notæ, flos ex una tantum parte, inferiore ſcilicet labiatus, labio tripartito, à tubo brevi velut annulo incipiens. Labii ſuperioris locum ſtamina aliquot occupant. Calix floris ex foliis componitur, quorum ſuperius arcuatum ſive tornicatum eſt, & ſuperioris labii defectum ſupplere videtur. Fructus calice ferè occultatus ad glandis figuram accedit, & in duas cellulas pariete intergerino dividitur, ſingulas ſingula ſemina continentes.

11. *Adhatoda Zeylanenſium Hermanni*, notæ flos tubuloſus ſuperne in duo labia diviſus, quorum ſuperius in nonnullis ſpecieibus arcuatum eſt, in aliis reflexum, inferius plerumque tripartitum. Fructus clavæ ſimilis, ſecundum longitudinem in duas cellas diviſus, duabus partibus ſeu valvis ſibi mutuò conjunctis conſtans. Utraque in duplicem alveum, medio & dimidio interſepimento ſecundum longitudinem dividitur, quod alterius partis ſeu valvæ (cum ſibi mutuo applicantur) ſepimento commiſſum, integrum parietem intergerinum efficit interiorem fructûs cavitatem in duo loculamenta dividentem. *Tournefort.*

12. *Melifolium paluſtre galericulatum*, flos in duo ſegmenta diviſus, quorum ſuperius galeæ, inferius labelli lati figuram obtinet; capſula ſeminalis ſubrotunda, unum intus ſemen continens.

13. *Orobanche vulgaris*, cujus flores figurâ ad orchin accedunt, ut & diſpoſitione in ſpicam, verum ab orchidis floribus in eo differunt, quod unico petalo conſtent. Fructus etiam, ſemina innumerabilia continens, bivalvis eſt. Folia e radice nulla exeunt, quæque in caule ſunt, rudimenta tantum foliorum eſſe videntur.

14. *Dentaria cephallos* ſeu Anblatum *Cordi*, cujus notæ, Radices ſquamoſæ, flores in perianthio quadrifido maximam partem latitantes, galeâ rubrâ, barbâ tripartitâ lacteâ: ſemen rotundum, fabis magnum & per maturitatem nigrum. *Rivinus.*

HERBÆ

Herbæ

VASCULIFERÆ

FLORE DIPETALO.

1. *Circæa Lutetiana*, notæ flores dipetali è calice itidem dipetalo, in spicas longas & laxas excurrentes, fructus lappaceus, deorsum nutans, in duas cellas intus divisus & in singulis singula semina continens.

2. *Cara Caniram Hort. Mal.* Part. 9. Tab. 56. Siliquosa *Indica*, floribus labiatis dipetalis, siliquis brevibus, in duas cameras membranâ intergerina divisis.

3. *Nelam-Mari Hort. Mal.* Part. 9. Tab. 82. Herba bifolia humirepa *Indica* floribus in proprius surculis dipetalis, globulis seminalibus monospermis.

4. *Neli-Pu. Hort. Mal.* Part. 9. Tab. 70. Aphyllos aquatica *Indica* volubilis, flore dipetalo disformi, calcari donato.

5. *Tsjem-Cumulu Hort. Mal.* Part. 11. Tab. 47. Aphyllos *Indica*, flore dipetalo disformi, campanam emittente.

6. *Kondam Pallu Hort. Mal.* Part. 9. Tab. 31. Dipetalos *Indica*, purpuro-cœrulea siliquosa, foliis longis, angustis, ex adverso binis.

7. *Kalu-Tali Hort. Mal.* Part. 9. Tab. 80. Dipetalos *Indica* sterilis, foliorum angulo altero inferius latius quàm alter exporrecto.

8. Dipetalos *Brasiliana* foliis Gentianæ aut Plantaginis *Hist. nost.* 1332. in *Append.* Ephemerum Africanum annuum flore dipetalo *Hort. Lugd.*

9. *Stellaria aquatica*, notæ flosculi in foliorum alis, capsulæ compressæ quatuor lineis altius impressis quadripartitæ, folia summis aquis innatantia, conferta, stellam quoddammodo referentia, unde nomen.

GENUS

GENUS VIGESIMUM,

seu Herbæ

TETRAPETALÆ SILIQUOSÆ

ET

SILICULOSÆ *sive* CAPSULATÆ.

Hujus generis notæ sunt flores tetrapetali, plures simul in summis caulibus & ramulis successivè se aperientes, nullis ad pediculorum exortum appositis foliolis, calicibus in plerisque speciebus unà cum floribus deciduis. Addi potest foliorum situs in caule alternus & vasculum seminale siliquosum aut siliculosum.

Primo.

TETRAPETALÆ SILIQUOSÆ.

I.

Siliquis bivalvibus, membranâ intergerinâ in duo loculamenta divisis.

1. *Leucoium*, cujus notæ, siliquæ oblongæ, compressæ, bivalves, membranâ intergerinâ in duo loculamenta, duas seminum compressorum, alâ foliaceâ cinctorum series continentia, divisæ. Adde, flores in plerisque speciebus majusculos, odoratos.

Leucoii maritimi angustifolii semina, observante *D. Volckamero*, non sunt compressa aut subrotunda, sed potius inæqualia & angulosa. Ob similem tamen plantæ faciem & habitum à Leucoiis minimè separandum censemus. *D. Tournefort* ad Hesperidem eam refert.

2. *Keiri* sive *Leucoium luteum* foliorum formâ acuminatâ, sed præcipuè floris colore luteo à præcedente differt, in quo flos nec naturâ flavus est nec unquam, quod hactenus novi, flavo colore variat.

3. *Dentaria*, notæ Radix tuberosa aut squamosa, caulis simplex non ramosus, folia in uno pediculo terna, quina, aut septe-

ſeptena. Siliquarum valvulæ per maturitatem reſilientes, & in ſpiram ſe revolventes ſeminibus excuſſis. *Tournef.* Semina rotunda, compreſſa.

5. *Lunaria*, ſiliquâ latâ brevi à Leucoio diſtinguitur cum quo ſeminis figura compreſsâ convenit. Huc retero 1. Violam lunariam majorem ſiliquâ rotundâ *C. B.* id eſt Bulbonac vulgare. 2. Violam lunariam majorem ſiliquâ oblonga *C. B.* 3. Leucoium Alyſſoides clypeatum majus *C. B.* ſeu Alyſſon Dioſcoridis. 4. Leucoium Alyſſoides clypeatum minus *C. B.* id eſt Leucoium peltatum Romanum minus *Col.* 5. Leucoium ſive Lunariam, vaſculo ſublongo intorto *Hiſt. noſt. pag.* 789.

5. *Alyſſon.* Sub hoc nomine complector plantas flore tetrapetalo, ſiliquis latiuſculis compreſſis, membranâ intergerinâ valvis parallelâ diſſeptis, ſeminibus parvis, tumidioribus, nec compreſſis neque alâ foliaceâ cinctis; cujusmodi ſunt 1. Burſa paſtoris major loculo oblongo *C. B.* 2. Burſa paſtoris minor loculo oblongo *ejusdem* id eſt Paronychia vulgaris. 3. Paronychia Sediformis flore luteo ſeu Sedum Alpinum hirſutum luteum *C. B.* 4. Burſa paſtoris Alpina hirſuta *C. B.* 6. Thlaſpi fruticoſum incanum *C. B.* ſive Thlaſpi *Mechlinienſe.*

6. *Heſperis*, a Leucoio differt tum ſiliquis, quæ non ut in Leucoiis compreſſæ ſunt, ſed tumidæ & ſubrotundæ; tum ſeminibus, quæ teretiuſcula & oblonga. Paries intergerinus ſecundum longitudinem ſuam in foſſulas excavatur, quarum unaquæque unum ſemen continet. *Tourn.*

7. *Alliaria* ſeminibus oblongis teretiuſculis cum Heſperide convenit, floribus parvis, foliis ſubrotundis, odore Allii ab eadem differt. Siquis hanc plantam ad Heſperidem referre maluerit, litem ei non intendam.

8. *Braſſica.* Huic folia in hoc genere maxima, glauca ſeu ſubcærulea, carnoſa, ſemina rotunda minus acria. Ceterum floris, ſiliquarum, ſeminum formâ cum Rapo convenit.

9. *Turritis vulgaris*, foliis imis hiſpidis, quæ caules veſtiunt glabris, glaucis, ſiliquis teretibus, erectis, cauli approximantibus & ferè parallelis, ab aliis hujus generis diſtinguitur.

Tournefortius Turritin ab Heſperide diſtinguit ſiliquis valdè compreſſis; a Leucoio ſeminibus alâ foliaceâ minimè cinctis; à Braſſica itidem ſiliquis magis planis & compreſſis. Verum ex noſtra obſervatione *Turritis vulgaris* ſiliquæ teretes ſunt & non compreſſæ.

10. *Rapa*, radice carnoſa, dulci, in grandiſſimum tuber excreſcente, à congeneribus facilè diſtinguitur. Siliqua adnotante *D. Tournefort*, in cornu quoddam fungoſum ſemine præguans plerumque deſinit.

Napus

Napus radice minori & ſubacri à Rapo differt. Verum non tanta intercedit inter has plantas diſſimilitudo, ut ad genera diverſa referri debeant.

11. *Raphanus*, notæ, ſiliqua craſſa, fungoſa, nec manifeſtè bivalvis, duas ſeminum ſeries membranula tenui delicata ſeparatas continens, radix carnoſa eſculenta acris.

12. *Sinapi*, cujus notæ ſapor foliorum, ſed præcipuè ſeminum, fervidus, flores lutei, quorum calices quamprimum flores aperiuntur dehiſcunt, & ſe aliquantulum expandunt. Addit *Tournefortius* parietem cellas diſſepientem in corniculum materiâ ſpongiosâ conſtans definere in qua unicum plerumque ſemen includitur reliquis ſimile. Verum & hæc nota Rapæ communis eſt. At nec ſemina rotunda, nec floris aut ſiliquæ forma hanc plantam (ſi modò Rapiſtrum & Sinapi ad idem genus reducas) à cæteris diſtinguunt, ut ad ſaporem neceſſario recurrendum ſit. Si cui placuerit, *Sinapi* à Rapiſtro diſtinguet, ſiliqua minore & breviore quadrata & ſeminibus parvis.

13. *Erucæ* notæ ſunt, folia laciniata, glabra, odor fœtidus, ſiliquæ anguloſæ. Verum notæ omnes præter odorem, & ſaporem (qui huic generi peculiaris eſt) fallunt, ſuntque aliis communes.

14. *Eryſimum*, hoc nomine donamus plantas ſiliquis longis & tenuibus, ſtrictioribus quàm Erucæ.

15. *Cardamine*, flos tetrapetalos albus, ſiliquæ tenues, valvulis per maturitatem revolutis diſſilientibus, & ſemina cum impetu ejaculantibus, folia in plerisque ſpeciebus pinnatim diſſecta.

16. *Siſymbrium* ſeu *Naſturtium aquaticum*, à Cardamine, quacum foliis & floribus convenit, in eo differt, quòd ſiliquæ non diſſiliant, nec valvæ in ſpiram revolvantur.

II.

Tetrapetalæ ſiliquoſæ, ſimplici ſeminum ſerie in ſiliquis articulatis.

Raphaniſtrum, notæ fructus articulatus in ſingulis internodiis ſemina ſingula ſubrotunda continens, flores Leucoii quorum calices non aperiuntur ut in Rapiſtro vulgari.

Tetra-

III.

Tetrapetalæ fructu tres aut quatuor cellulas continente.

Frucago *Tournefortii*, Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangulâ echinatâ *C. B.* Hujus notæ ſunt, fructus duriſſimi anguloſi tribus vel quatuor intus capſulis excavati, in quarum unaquaque ſemen rotundum roſtratum latitat.

IV.

Tetrapetalæ ſiliquis curtis.

Raphanus *ruſticanus* foliis magnis integris, floribus albis, radice reptatrice vivaci, Raphani ſapore acri, ſiliquis curtis ab aliis hujus generis diſtinguitur.

D. Tournefortius hoc genus cum *Cochlearia* conjungit nec præter rationem ſi florum & fructuum ſimilitudinem unice ſpectemus, quam ferè indiſcretam eſſe ex propria obſervatione confirmavit *D. Preſton*: mihi vero ex quo Methodum emendare aggreſſus ſum florentis copia facta non eſt. Verum tota facies & habitus plantæ in tantum differt à *Cochlearia*, ut ſiliquarum & ſeminum ſimilitudo quantacunque non ſufficiat ad genera hæc miſcenda & nomina confundenda.

Raphanus aquaticus ad Raphanum ruſticanum referri poteſt.

Secundo.

TETRAPETALÆ SILICULOSÆ *ſive* CAPSULATÆ.

I.

Membranâ cellulas diſſepiente ad planum ſeu latitudinem capſulæ parallelâ.

1. Myagrum, Capſulæ tumidiores, flores lutei, ſemina ſubrotunda. Hoc genus ad Alyſſon refert *Tournefortius*. Huc ſpectat Leucoium incanum ſiliquis rotundis *C. B.* & Thlaſpi ſpinoſum fruticoſum *Ejusdem*.

2. *Thlaspi Alysson dictum.* Notæ hujus præter toti generi communes sunt, capsulæ compressæ, calices à flore delapso residui; quod huic generi peculiare est, nec ulli præterea tetrapetalæ siliquosæ aut siliculosæ plantæ (quantum hactenus noverim) conveniens.

II.

Membranâ cellas dissepiente ad planum seu latitudinem capsulæ transversâ.

1. *Lepidium*, cujus notæ, Folia integra non dissecta, flosculi albi minimi, siliquæ parvæ hastæ cuspidi similes, odor & sapor acris.

2. *Cochlearia*, notæ, Fructus tumidus, sed nonnihil compressus, folia crassa & carnosa, flos albus, semen globosum, sapor amarus; in maritimis aut aquosis nasci.

3. *Nasturtium*, notæ, Flores albi, folia plerumque variè dissecta, odor acutus & nares torquens.

Tournefortius notam, quâ Nasturtium à Thlaspi distinguitur, statuit folia profundè dissecta. At Nasturtio hortenti latifolio folia dissecta non sunt; nec superiora in Nasturtio sylvestri Osyridis folio *C. B.* Certior ergo nota est quæ desumitur ab odore Nasturtio peculiari.

Coronopus Ruellii sive Nasturtium verrucosum *J. B.* huc pertinet ob folia & odorem Nasturtii, quamvis siliquis hispidis seu verrucosis ab eodem differat. Siliquæ compressæ in duas cellulas dividuntur, quarum singulæ singula semina continent. *Nasturtium supinum capsulis verrucosis* non ineptè dici posset.

4. *Thlaspi*, cujus notæ sunt, Capsulæ compressæ, ut nomen innuit, semen acre, folia integra & non dissecta. Adde è *Tournefortio*, capsulas alâ foliaceâ plerumque cinctas esse, & non rarò supernè bifidas.

5. *Lunariam* seu *Thlaspi bisentatum* novum & distinctum à Thlaspi genus facit *D. Tournefort*, *Thlaspidis* titulo: cujus notæ Fructus perspicillorum formâ, è duabus partibus latis & valdè compressis compositus. Utraque semen unicum oblongum & valdè compressum continet.

Cæterum, cum *D. Tournefortius* Classis suæ XI. notam statuat, florem irregularem e pluribus petalis compositum; florem autem irregularem definit, *cujus ambitus a parte illa quæ ut floris centrum spectatur maximè distat*; cur *Thlaspi umbellatum*, cujus flos secundam hanc definitionem irregularis est, sub Classe illa non disponit, sed potius huc reducit? Quòd huc reducat non improbo, notis enim præcipuis & toto habitu se

ad hoc genus pertinere manifestat; sed quòd Methodum sibi præscriptam violet & evertat.

6. *Bursa pastoris*, cujus notæ, Capsulæ bursæ seu trianguli isoscelis (ut loquitur *D. Tournefortius*) figurâ, sapor fatuus.

III.

Tetrapetalæ siliculosæ monospermæ.

1. *Brassica marina monospermos*, Foliis carnosis cæsiis cum Brassica convenit, floribus albis, capsulis subrotundis monospermis in acumen exeuntibus (bivalvibus *Tournefort*) ab eadem differt.

2. *Rapistrum monospermon*, à Rapistro vulgari non alia ferè in re, quàm capsulâ rotundâ monospermâ striata differt. Huc refer cum *D. Tournefortio* Myagro affinem capitulis rotundis.

3. *Myagrum monospermon*, Flos luteus, fructus pyri inversi fere figurâ, ut eum describit *D. Tournefortius*, cauli appressus; semen oblongum; folia velut denticulis laciniata.

3. *Ionthlaspi Col.* Lunaria peltata minima quibusdam ad Thlaspi referenda *I. B.* notæ, Fructus ferè rotundus, compressus admodum, è duabus valvulis sibi invicem appressis compositus, unicum semen rotundum plerumque & compressum claudentibus.

5. *Glastum* seu *Isatis*, notæ, Folia glauca, ad tingendum utilia; siliquæ compressæ, latæ, pendulæ, *Linguam cervi* dictam referentes; flores minimi lutei, non tamen octopetali, ut quidam nulli volunt, sed tetrapetali ut hujus generis reliquæ, quamvis quatuor calicis folia dehiscant & floris petala referant, quod *Joanni Bauhino* aliisque imposuit.

6. *Eruca maritima*, notæ Folia Erucæ; flores purpuro cærulei; in siliquis curtis cuspidatis semina singula, quantum observare nobis licuit.

Tournefortius Brassicam marinam monospermon, & Erucam maritimam Italicam siliquâ hastæ cuspidi similem *C. B.* ad idem genus reducit, cum tamen tota facie externa à se invicem differant, ut ex unanimi Botanicorum qui de eis scripserunt consensu patet, qui hanc ad *Erucam*, illam ad *Brassicam* retulerunt. Ex nupera observatione *D. Preston* fructus hujus oblongus cum fungosus, geniculatus & in duas capsulas divisus, in quarum singulis unicum continetur semen oblongum: unde *D. Hermannus* capsulam dispermam ei recte attribuit. Duæ forte sunt species.

Herbæ flore Tetrapetalo Anomalæ.

Herbas hasce anomalas voco, quia nec inter se neque cum Tetrapetalis præcedentibus ullis ferè in partibus, præterquam numero petalorum in flore, conveniunt.

1. *Sinapistrum Hermanni*, Floribus tetrapetalis & siliquis oblongis cum præcedentis generis speciebus convenit, verum foliis in eodem pediculo ternis quinisve & siliquis unam tantum seminum seriem habentibus seu unicapsularibus ab iis differt.

2. *Papaveris* notæ sunt Florum petala ampla, tenuia, fugacia; succus lacteus aut flavus, acer; calix floris bifolius seu bivalvis, caducus.

Hujus duo sunt genera, alterum capitulo breviore & crassiore, operculo stellato tecto, in tot radios diviso, quot sunt in interiore cavitate lamellæ fructum in totidem velut cellas dividentes. Alterum *siliquosum* seu *Corniculatum*, cujus omnino species est *Chelidonium majus* dictum, siquidem succo flavo acri turget & calicem habet bivalvem caducum, floremque membranaceum, evanidum; quicquid nonnulli reclamant.

3. *Tithymalus*, cujus notæ, Vasculum seminale tricoccum in summo stylo; succus lacteus, in plerisque speciebus acer; folia integra.

Hæc planta ad staminifloras forte rectius refertur.

4. *Plantago*, cujus notæ Flores staminosi in spicas congesti; vascula seminalia elliptica, per maturitatem horizontali sectione in medio dissilientia; semina intus vel bina vel quaterna aut plura.

Coronopus, Plantaginis species est, foliis dentatis aut laciniatis.

Psyllium, Plantaginis species est caulifera, spicis è foliorum alis egressis, seminibus in singulis vasculis binis puliciformibus.

Sed de *Plantagine*, *Coronopo*, *Psyllio* vide quoque supra inter Herbas *Apetalas* pag. 26.

5. *Ruta*, notæ, Vasculum seminale in quaterna quandoque & in plura loculamenta partitum, superiore parte aliquousque disjuncta & in angulos eminentia; folia glauca in plures lobos seu segmenta divisa; odor vehemens; semina in singulis loculamentis plura.

6. *Lysimachia siliquosa*, Siliquæ flores antevertentes, quæ per maturitatem quadrifariam partitæ & dehiscentes semina ostendunt Flores summis siliquis insident, & integri unà cum calicibus decidunt. Hujus species omnes, præter Virginianas luteas, siliquas producunt lanigeras.

GENUS

GENUS VIGESIMUM PRIMUM,
ſeu
Herbæ
FLORE PAPILIONACEO,
ſive
LEGUMINOSÆ.

Flores hujus generis Papilionacei dicuntur, quia Papilionem alis expanſis quodammodo referunt. Folia ſeu petala his difformia ſunt, nec figurâ nec ſitu inter ſe convenientia, numero quatuor in plerisque ſpeciebus. Ex his unum erigitur reliquisque ferè majus & latius eſt, *clypeus* ſeu *vexillum* nonnullis dictum; alterum ei inferius opponitur carinatum, tum ſtamina tum ſiliquæ rudimentum protegens & occultans; bina lateralia ſibi mutuò ſimilia ſunt, & *Alæ* dicuntur.

Herbæ Leguminoſæ dividi poſſunt, vel *Foliorum* reſpectu, vel *Siliquarum*, vel conſiſtentiæ & motûs. *Foliorum* reſpectu in foliis ſimplicibus donatas, & foliis compoſitis. Hæ vel ex tribus foliolis, quas *Trifoliatas* dicimus, vel ex pluribus, quas *Pinnatas* appellamus, vel ex ſimplicibus conſtant. *Siliquarum* etiam reſpectu trifariam dividuntur, nimirum in illas quæ 1. ſiliquis ſunt ſimplicibus unico intus alveolo, ſecundum longitudinem non diſſepto. 2. Quæ ſiliquis ſunt ſimplicibus articulatis hoc eſt è pluribus nodis ſive protuberantiis, quarum ſingulis unicum ineſt ſemen, velut articulatim coaptatis, compoſitis. 3. Quæ ſiliquis ſunt geminatis, duplici intus alveolo ſecundum longitudinem extenſo. Motûs reſpectu dividi poſſunt in *Scandentes* & *Erectas*: quam diviſionem in *Hiſtoria Plantarum* ſecutus ſum. Verum poſt ſecundas cogitationes eam quæ à *Siliquis* ſumitur præferendam puto, tum quia *Siliqua* principalis plantæ pars eſt, Capreolus auxiliaris tantum & ſecundaria; tum quia in utroque genere *Scandentium* & *non Scandentium*, ſi modo ità dividas, reperiuntur ſpecies aliquæ ſiliquis geminatis: ſi quidem Apios Americana *Cornuti* caulibus, vicinis plantis circumvolutis ſcandit, quæ ſiliquas habet geminas ſingulis floribus ſuccedentes.

Nec tamen omnes in univerſum Herbas Leguminoſas ſiliquarum reſpectu dividemus, ſed unum membrum primæ diviſionis, quæ à foliis ſumitur, ſeligemus nimirum *Trifoliatas*; reliquas reſpectu ſiliquarum diſtribuemus in 1. Siliquis ſimplicibus unico intus alveolo continuo, præditas. 2. Siliquis articulatis donatas. 3. Siliquis geminatis inſtructas.

Herbæ Flore Papilionaceo *seu* Leguminosæ *sunt vel*

- *Non trifoliatæ*; filiquis ad singulos flores
  - *Simplicibus*, seu unicam seminum seriem continentibus,
    - *Non articulatis* seu disseptis secundum longitudinem, sed continuam intus cavitatem habentibus,
      - *Scandentes* seu *capreolatæ*; PISUM, LATHYRUS &c.
      - *Non scandentes* seu capreolis carentes; Foliis
        - *Digitatis*; LUPINUS.
        - *Pinnatis*,
          - *Nullo in extrema costa*, cui pinnæ annectuntur, *impari folio*; FABA, ERVUM &c.
          - *Impari folio costam terminante*; GLYCYRRHIZA &c.
        - *Simplicibus & indivisis*; CATANANCE LEGUMINOSA.
    - *Articulatis*, seu è pluribus nodis, quorum singulis unicum inest semen, velut articulatim coaptatis, compositis; SECURIDACA, HEDYSARUM &c.
  - *Geminatis*, duplici alveolo duas seminum series continentibus; TRAGACANTHA, ASTRAGALUS.
- *Trifoliatæ*;
  - *Propriè dictæ*;
    - *Scandentes*, caulibus vicinis stirpibus aut perticis appositis se circumvolvendo; PHASEOLUS.
    - *Non scandentes* seu erectæ, sive provolutæ; Flore
      - *Monopetalo* spicatæ; TRIFOLIUM SPICATUM.
      - *Tetrapetalo*, Floribus
        - *Spicatis*, spicis e foliorum alis exeuntibus, filiquis extra florum calices apparentibus; MELITOTUS.
        - *Magis sparsis*, filiquis
          - *Rectioribus*,
            - *Tumidioribus*, seminibus reniformibus; ANONIS.
            - *Strictioribus*, seu *compressis*, seminibus lineâ ab angulo ad angulum ducta sulcatis; FOENUM GRÆCUM sive *tumidioribus* variarum formarum.
          - *Intortis* magis minusve; MEDICA variarum specierum.
  - *Minus propriè dictæ*, quæ præter terna folia in extremo pedicuło bina habent ad ejus exortum cauli adnata; LOTUS diversarum specierum.

Primò.

Primò.

LEGUMINOSÆ NON TRIFOLIATÆ.

Hæ triplicis sunt generis, ut dictum, nempe 1. Siliquis simplicibus non articulatis 2. Siliquis simplicibus articulatis 3. Siliquis geminatis instructæ.

Herbarum Leguminosarum sive Flore Papilionacco non Trifoliatarum Genus Primum.

LEGUMINOSÆ SILIQUIS SIMPLICIBUS NON ARTICULATIS.

I.

Scandentes.

1. *Pisum*, notæ, Capreolis scandere; folia glabra, glauca, pinnata, pinnis ad caulem amplissimis, quæ arctè cum collaris instar amplectuntur, reliquis minoribus in hoc tamen genere amplis, paucis; caulis quàm reliquis leguminosis scandentibus major & fistulosior.

2. *Lathyrus*, notæ, Caules membranulis secundum longitudinem extantibus aucti, compressi & anguloſi; folia ex unica tantum pinnarum mediæ costæ annexarum conjugatione composita. Hujus duo sunt genera 1. *Lathyrus sativus* siliquis brevioribus, latioribus, duabus aversa parte membranulis, secundum longitudinem excurrentibus alatis, seminibus angulosis. 2. *Lathyrus sylvestris*, cui siliquæ longiores, tumidiores, nullis in dorso alis foliaceis; semina fermè cylindrica.

3. *Lathyrus Viciæformus*, *Cymenum* Tournefortii, a Lathyro differt pluribus pinnarum conjugationibus mediæ costæ in capreolum abeunti adnascentibus.

4. *Orbrus*, cujus notæ, Folia simplicia, vel summa tantum parte in pinnulas quasdam divisa. Verum tum folia, tum pinnulæ, si quas habet, in capreolos desinunt, quo à Lathyro facilè distinguitur.

5. *Aphaca*, Foliis integris, triangulis, ex adverso binis, & capreolis è foliorum alis exeuntibus à Piso & Lathyro plurimum differt.

6. *Vicia*, notas genericas suppeditat *D. Rivinus*, quas libenter amplecter. *Vicia omnis* (inquit) *è caule flatum producunt post flores siliquas habet*, easque erectas. Quibus notis Viciam propriè dictam distinguit ab

7. *Araco* sive *Cracca*, quæ pendulas ubique siliquas fert, easque *nonnisi è pediculo longiore suspendit* (utor verbis *Rivini*) *unde primo intuitu facilè discerni possunt hæc* duo genera. *Aracus* autem à Vicia Lathyroide differt, quòd caules, illius ad instar, membranulis extantibus alatas non habeat.

8. *Lens* à Vicia, cui congener est, distinguitur siliquis latis brevibus, semine compresso & pro plantulæ modo grandi.

II.

Non scandentes.

Hæ à foliorum figura aut situ dividi possunt in foliis Digitatis, foliis Pinnatis & foliis Simplicibus donatas.

1. *Legumina foliis digitatis non scandentia.*

Lupini notæ sunt, Folia digitata, caules teretes erecti; flores in summis caulibus & ramulis in spicas è verticillis compositas digesti; siliquæ erectæ, & plerumque compressæ & hirsutæ.

2. *Legumina non scandentia, foliis pinnatis.*

a. *Nulla impari in extremâ costâ pinna.*

1. *Faba*, cujus notæ sunt, Caules angulosi, firmi, concavi; folia conjugatim costæ mediæ in apicem exeunti adnexa; siliquæ erectæ, crassæ, fungosæ; semen maximum compressum, reniforme, oblongum, cum hilo magno in extremo. Nonnullis hujus generis speciebus semina habere maxima compressa convenit, non omnibus; nam Faba equina semina habet minora & tumidiora.

2. *Orobus*, cujus notæ, Folia è pluribus pinnarum, mediæ costæ in caudam quandam procurrenti adnexarum, conjugationibus composita; siliquæ tenues & teretiusculæ; semina fere ovata.

3. *Ervum* sive *Orobus receptus* Herbariorum. Hujus notæ siliqua nodosa, torulis seminum protuberantibns, semina globosa.

b. *Impari folio costam terminante.*

1. *Glycyrrhiza*, cujus notæ sunt Radices dulces, repentes, luteæ; caules proceri erecti; siliquæ breves compressæ, surrectæ.

Tour-

Tournefortius Glycyrrhizam echinatam vulgari Glycyrrhizæ congenerem facit, cujus filiquas aliquot semina continere scribit. At in Glycyrrhiza echinata ex descriptione *J. Bauhini* filiquæ monospermæ sunt. Verum aut falsus fuit *Jo. Bauhinus* aut aliud Glycyrrhizæ genus, quàm quod in *Horto Regio Lutetiano* colitur, descripsit: illa etenim, observante *D. Preston*, duplici alveolo duas seminum series continet, ideoque ad Astragali genus releganda est

3. *Cicer*, notæ, Flores è foliorum sinubus solitarii; filiquæ breves, tumidæ, & velut inflatæ vesicarum instar, semine magno, capitis Arietini quodammodo figurâ; folia circa margines denticulata.

4. *Astragaloides Tournefortii*, Astragalus Bæticus *Clusi* cujus notæ, Siliqua naviculæ sive lintris figurâ, seminibus reniformibus; flores spicati.

5. *Onobrychis*, Flores spicati spicis densis longissimis pediculis è foliorum sinubus egressis, insidentibus; filiquæ echinatæ sive aculeatæ, monospermæ.

5. *Anthyllis leguminosa*, notæ, Siliquæ calicibus in vesiculas membranaceas intumescentibus occultatæ.

3. *Legumen non scandens foliis simplicibus.*

Catanance leguminosa. Hæc planta foliis integris, gramineis, caulibus erectis teretibus, floribus in longis pediculis è foliorum alis exeuntibus singulis vel binis cremesino colore dicto lucentibus, filiquis rectis, tenuibus, angustis, ab aliis omnibus Leguminibus abundè distinguitur, estque singularis & sui generis.

Herbarum Leguminosarum seu Flore Papilionaceo non Trifoliatarum Genus Secundum.

seu

LEGUMINOSÆ SILIQUIS SIMPLICIBUS ARTICULATIS.

1. *Securidaca*, cujus notæ, Flores velut umbellatim dispositi in summo pediculo; filiqua longa, angusta, recta, compressa, orâ utrinque elatâ ex internodiis quadratis composita, quorum unumquodque semen etiam quadratum includit.

2. *Hedysarum*, notæ, Flores spicati, siliquæ nunc asperæ, nunc læves, vel isthmo loculos dirimente inæquales vel undulatæ.

3. *Ferrum equinum* à figura seminis soleam equinam referente dicitur; quæ hujus generis nota characteristica est

4. *Ornithopodium* siliquis articulatis recurvis duabus tribusve simul nascentibus & aviculæ pedes referentibus, ab aliis differt.

Huc refert *D. Tournefort* Scorpioides Portulacæ folio sive Telephium Scorpioides.

5. *Scorpioides Bupleuri folio*, Folia integra Bupleuri, siliquæ campoides, erucam in se convolutam proxima similitudine referentes huic pro characteristicâ sufficiunt

6. *Coronilla herbacea*, Flores habet plurimos in summo pediculo in orbem undiquaque sparsos, eumque velut coronantes, ut in *Ferro equino Gallico* dicto, siliquis articulatis rectis.

Herbarum Flore Papilionaceo non Trifoliatarum Genus Tertium.

seu

LEGUMINOSÆ SILIQUIS GEMINATIS.

1. *Tragacantha*, Folia habet pinnata Viciæ in modum, costâ mediâ, cui pinnulæ adnexæ sunt, in longam rigidam acutam spinam procurrente.

2. *Astragalus*, a Tragacantha, quicum siliquâ duplici intus alveolo secundum longitudinem divisâ convenit, costa media cui foliola annectuntur in folium desinente differt, nam in Tragacantha, ut diximus, in spinam terminatur. Adde semina Sesamacea dicta, quòd ossicula sesamoidea referant.

3. *Pelecinus Tournefortii* sive Lunaria radiata *Robini*. Hanc plantulam ab Astragalo genere diversam fecit *D. Tournefortius*. Hujus siliquam Morisonus non ineptè *Serræ* piscis rostro assimilat.

Secundò.

Secundò.

LEGUMINOSÆ TRIFOLIATÆ.

I.

Herbæ Leguminosæ Trifoliæ Scandentes.

Phaseolus, cujus notæ, Caulibus scandere, folia in communi pediculo terna, siliquæ majusculæ cum seminibus grandioribus & plerumque renifornibus.

II.

Herbæ Leguminosæ Trifoliatæ non Scandentes.

1. *Flore monopetalo spicatæ.*

Trifolium spicatum, Floribus in spicas habitiores congestis, seminibus & siliquis in calicibus occultatis à reliquis trifoliatis leguminibus differt. Est autem plurium generum, nimirum 1. pratense purpureum, ochroleucon & album 2. calicibus in vesicas intumescentibus, seu *Fragiferum*. 3. spicis mollibus & lanuginosis *Lagopus* dictum. 4. flore luteo, capitulis Lupuli seu *Lupulinum*.

Trifolia spicata dividi possunt fructûs respectu in *vasculo monospermo* donata ut Trifolium purpureum vulgare &c. & *siliquosa*, siliqua productiore plura semina continente ut Trifolium album vulgare.

2. *Flore Tetrapetalo.*

a. *Floribus spicatis.*

Melilotus, cujus notæ sunt Flores in spicis è foliorum alis egressis (in plerisque saltem speciebus) siliquæ expositæ seu extra florum calices apparentes, scabræ aut rugosæ, breves, unum aut duo semina continentes.

b. *Floribus magis sparsis.*

1. *Anonis*, cujus Folia circa margines dentata; siliquæ habitiores, in quibusdam speciebus satis longæ; semina reniformia.

Datur

Datur etiam Anonidis ſpecies ſiliquis geminatis ſeu in duos alveolos diviſis, foliis ſimplicibus cum duabus auriculis ad pediculi exortum cauli adnatis.

2. *Crotalaria* ſiliquis inflatis ſeu veſicariis cum plerisque Anonidis ſpeciebus convenit, foliis in ſingulis pediculis ſingulis ab omnibus differt.

D. Tournefortius Fruticibus eam annumerat.

3. *Medica*, ſiliquâ in cochleæ formam contortâ ab aliis Trifoliis diſtinguitur.

4. *Medicago* Tournefortii, Herba eſt leguminoſa ſiliquis falcatis ſeu lunulatis circa margines dentatis, cujus tres ſpecies recenſet *Tournefort* 1. Trifolium ſiliquâ falcata *C. B.* 2. Loto affinem ſiliquis hirſutis circinatis *C. B.* 3. Trifolium falcatum *Alpin. exot.* lib. 2. cap. 28.

5. *Fœnugræcum* ſeu *Fœnum Græcum*, cujus notæ ſunt Siliquæ productiores, incurvæ, compreſſæ, ſeminibus anguloſis lineâ ab angulo ad angulum depreſsâ ſulcatis, repletæ.

6. *Trifolium Ornithopodii ſiliquis*, cujus notæ ipſo nomine cognoſcuntur.

7. *Lotus*, à reliquis Leguminibus trifoliatis diſtinguitur, quòd præter folia terna in extremo pediculo, bina habeat ad ejus exortum cauli adnata, ut quodammodo pentaphyllos dici poſſit.

8. *Doryenium* Monſpelienſium *Tournefortius* à Loto genus diſtinctum facit. Iſtius notæ, ſiliqua ſeu capſula monoſpermos; folia ſimplicia, in plures lacinias ad baſin usque diſſecta.

GENUS

GENUS VIGESIMUM SECUNDUM,

seu

Herbæ

PENTAPETALÆ ENANGIOSPERMÆ

sive

VASCULIFERÆ.

I.

Foliis in caule ex adverso binis.

1. *Caryophyllus*, cujus notæ Calix floris oblongus, cylindraceus, lævis, integer, margine summo dentato; vasculum itidem continens oblongum cylindraceum; seminibus compressis rugosis, velut foliaceis repletum. Petala ad exortum angusta, summa parte valdè lata, in plerisque speciebus extimo margine incisa aut laciniata.

Caryophyllus latifolius & barbatus *Armeria* dicitur.

2. *Lychnis*, notæ, Calix floris integer, striatus plerumque & tumidior; vasculum seminale plurimum pyriforme, seminibus turgidioribus, non latis & compressis ut in Caryophyllo. Flores in medio plerumque velut corollam habent è foliolis compositam, quin & petala persæpe bifida sunt. Præcipua distinctionis à Caryophyllo nota à seminum figura desumitur.

3. *Helianthemum* seu *Chamæcistus*. Hujus notæ, Calices ad modum floris expansi, triphylli; capsulæ trigonæ, in tres carinas dehiscentes.

4. *Telephium legitimum Imperati*, foliis in caule alternatim positis ab Helianthemo differt.

5. *Cistus*, notæ, Flos roseus, amplus, caducus; fructus seu capitula in plures cellulas divisa, plurimum quinque, interdum octo aut decem.

6. *Hypericon*, notæ Flores flavi staminibus multis, cum stylo triplici; vasculum seminale in tria loculamenta dispertitum, seminibus parvis longiusculis repleta.

7. *Ascyrum* Tournefortii, ab Hyperico differt fructu seu capsula pyramidali in quinque loculamenta divisâ.

Ascyron magno flore *C. B.* ab Androsæmo flore & theca quinque-

quinquecapsulari omnium maximis *Moris. Hist.* specie omnino differt: siquidem Ascyron illud caule sesquicubitali assurgit, cum Androsæmum quinquecapsulare *Morison* pedalem altitudinem nunquam excedat.

8. *Alsine*, notæ Folia conjugatim in caule sita; calix ad modum floris in plura folia seu segmenta expansus; vascula seminalia simplicia, unica intus cavitate, figurâ conicâ ferè aut subrotuuda. Florum Petala in plerisque speciebus bifida sunt, in aliis integra.

Alsines speciebus annumero plantulas nonnullas flore tetrapetalo, quia reliquis partibus Alsinis similes sunt, nimirum floris, calicis & vasculi seminalis forma, foliorumque situ in caule adverso.

Quamvis in Spergulis folia plura caulium nodos stellatim ambire videantur, curiosius tamen rimanti duo tantum plerumque folia apparebunt opposita ad singula genicula, è quorum sinubus reliqua oriuntur.

9. *Myosotis* Tournefortii Hoc genus ab Alsine distinguit D. *Tournefortius* à capsula cornu bovino simili, quæ extremitate se aperit pluribus plerumque apicibus velut dentatâ.

Si capsulæ seminalis figura sufficiat ad hoc genus ab Alsine, quacum reliquis partibus & præcipuè flore pentapetalo petalis bifidis convenit, discriminandum; non video cur non & flos petalis integris, & capsula seminalis rotunda ad spergulam, Alsinem minorem multicaulem, Alsinem Plantaginis folio, Alsinem nodosam Germanicam, Alsinem palustrem minorem folio oblongo *C. B.* aliasque plantulas Alsines dictas petalis integris ab Alsine genuinâ petalis bifidis distinguendas satis sint.

10. *Spergulæ* ergo nomine novum genus ex iis constituamus, cum *D. Volckamero* in *Flora Norimbergensi*.

11. *Lysimachia purpurea spicata*, notæ Flos hexapetalos petalis e summo calicis margine seu incisuris exeuntibus, qui inger est, summa tantum parte in aliquot segmenta divisus & capsulam occultat in bina loculamenta partitam.

Hyssopifolia seu *Hyssopoides*, Flore est pentapetalo & interdum hexapetalo, petalis è calicis incisuris enascentibus. Calix autem tubulosus est & capsulam seminalem continet oblongam, in duo loculamenta divisam, observante *D. Tournefort* & post eum *D. Preston*, unde præcedentis generis revera species est. (Vascula seminalia hexagona sunt cum totidem in summo prominentibus apicibus & intermedio umbilico radiato.)

Herba

II.

Herbæ Flore Pentapetalo Enangiospermæ *foliis in caule, alterno aut nullo ordine positis.*

1. *Flore uniformi seu regulari.*

1. *Portulaca*, cujus notæ, Vasculum seminale simplex seu non divisum in loculamenta, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur; flos calice simplici bipartito inclusus; folia crassa, succulenta, & extremitate subrotunda.

2. *Saxifraga*, *Cotyledon*, *Sanicula montana*, *Sedum Serratum* Plantæ his nominibus insignitæ ad idem genus pertinere videntur, cujus notæ sunt flos pentapetalos & vasculum seminale bicorne, in duo loculamenta divisum.

Tournefortius duo genera distinguit, Alterius, cui *Gei* nomen imponit, notam facit pistillum in capsulam membranaceam bicornem, in duo loculamenta divisam abiens; Alterius, cui *Saxifragæ* titulum tribuit, notam statuit capsulam ferè rotundam in duas pariter cellas partitam, è pistillo seu stylo & calice unitis compositam.

3. *Gramen Parnassi*, notæ, Pericarpium conoides è tribus carinis compositum; flos in uno caulículo unicus, speciosus, albus, duum generum staminibus; folia parva hederacea.

Tournefortius duo petalorum genera hujus herbæ flori tribuit, quinque grandia & quinque minora, fimbriata, quæ nos pro exteriore staminum, ille pro interiori petalorum ordine habet.

4. *Geranium*, cujus notæ sunt, Flos pentapetalos uniformis seu regularis; vasculum pentacoccum vel hexacoccum rostratum.

5. *Nigella*, notæ, Flos & Fructus pro plantæ modo magnus, hic autem e pluribus thecis membranaceis (seminibus intus multis) sibi invicem adnascentibus, quarum unaquæque summa parte in corniculum terminatur, compositus; folia tenuiter dissecta.

6. *Corchorus* sive *Melochia*, cujus notæ, Fructus cylindricus, secundum longitudinem in quinque cellulas divisus, seminibus angulosis repletas, per maturitatem ab apice se aperiens in quinque partes; folia in caule alternatim posita.

7. *Aphyllanthes* Monspeliensium, cujus notæ (observante *D. Tournefort*) Flos hexapetalos, è fundo calicis squamosi & velut tubulati emergens; fructus turbinatus, trigonus, trifariam dehiscens, in tria loculamenta divisus, seminibusque fœtus subrotundis.

Ob

Ob florem hexapetalon & fructum tricapsularem rectius fortasse ad *Bulbosis affines* posset referri.

Hanc plantam ad Caryophyllos non pertinere semper suspicatus sum. *D. Tournefortio* accuratiorem ejus notitiam debeo.

8. *Pyrola*, cujus notæ, Flores spicati, pentapetali; fructus angulosi in quinque cellulas divisi, seminibus minutissimis repleti. Notat J. Bauhinus pistillum recurvum & ima versus reflexum quandam velut proboscidem referre.

9. *Linum*, notæ, Flos caducus; semina oblonga compressa; capsula divisa in decem loculamenta totidem semina continentia, observante *Casalpino*.

10. *Plantaginella palustris*, notæ Folia Plantaginea, flores singulis pediculis insidentes singuli; capsulæ seminales bivalves.

11. *Rhabarbarum lanuginosum*, sive *Lapathum Chinense* longifolium *Muntingii*. Folia ex angusto principio paulatim dilatantur in rotundum mucronem; cauliculi seu pediculi communes è mediis foliis exeunt, decem aut duodecim flores in summo sustinentes.

12. *Ros solis* seu *Rorella*, cujus notæ, Folia setis rubentibus circumquaque fimbriata, quibus guttulæ velut roris adhærescunt; cauliculi nudi, flores longa serie gestantes, è calice oblongo in quinque segmenta diviso exeuntes; vascula seminalia oblonga.

2. *Flore difformi seu irregulari.*

1. *Viola*, cujus notæ Flos caudatus, Papilionacei æmulus; vasculum seminale per maturitatem in tres carinas seu alveolos dehiscens & semina effundens carinæ basi seu mediæ parti duobus ordinibus adnascentia.

Nota. Quamvis vasculum seu fructus in tres partes dehiscat per maturitatem, non tamen in tria loculamenta dividitur; ut incautè ex intuitu partium dissilientium opinabar.

2. *Reseda*, notæ Flos hexapetalos, è foliis valde irregularibus compositus; siliqua oblonga triangula perpetuo hians, sex seminum ordines continens.

Hæc pariter unicam intus cavitatem habet, non in tria loculamenta divisam.

3. *Luteola*, à Reseda differt capsulâ brevi, in tres carinas antequam semen maturescat dehiscente, quarum unaquæque duos seminum ordines continet, ut in Viola. Hæ carinæ initio conjunguntur, & vasculum efficiunt clausum.

Hæ duæ plantæ flore & fructu in tantum conveniunt, ut meritò ad unum genus referri possent,

4. *Bal-*

4. *Balſamina fæmina*, cujus notæ Flos calcari donatus petalorum numero incerto, etiam in eadem ſpecie, tetrapetalos interdum, aliàs hexapetalos; fructus in plures partes ſe contorquentes, ſi per maturitatem digitis leviter premantur dehiſcentes & ſemina excutientes rotunda vel oblonga.

Balſamina fæmina *Noli me tangere* dicta floris petalorum numero mirum variat. Dantur enim in Indiis ſpecies nonnullæ & quidem pleræque flore tetrapetalo, aliæ hexapetalo, aliæ tripetalo, aliæ dipetalo.

Herbæ quarum plantula ſeminalis bifolia ſeu bivalvis non eſt, ſeu Herbæ.

MONOCOTYLEDONES.

Hujusmodi Herbæ in Flore *petalode*, & Flore *Apetalo ſtamineove* donatas dividuntur.

Quæ prioris generis ſunt in Methodo noſtra & Hiſtoria Plantarum in *Bulboſas* & *Bulboſis affines* diſtinximus.

Radicem *Bulboſam* definivimus, quæ unico conſtat tubere ſeu capite, fibras multas ex ima ſede ſeu baſi emittente.

Quæ Definitio quamvis *Ranunculi* cuidam ſpeciei, *bulboſæ* indè dictæ aliisque nonnullis Herbis, quæ hujus generis non ſunt, convenire videatur; ſufficit tamen unà cum aliis notis, verbi gr. Plantula ſeminali unica tantum cotyledone inſtructa, foliis gramineis, floribus hexapetalis aut ad marginem in ſex ſegmenta inciſis, vaſculis ſeminalibus in terna loculamenta diſpertitis, ad hoc genus ab aliis omnibus diſtinguendum.

Herbæ radice *Bulboſâ* præditæ ſunt vel eadem *ſquamoſâ*, ſeu ex pluribus imbricatim incumbentibus ſquamis compoſita; vel *tunicatâ*, hoc eſt ex pluribus corticibus ſeu tunicis in orbem ſe amplexantibus coagmentata; vel *ſolidâ* ſeu ſubſtantiâ continuâ nec in ſquamas aut tunicarum involucra diviſâ.

Hanc diviſionem, nè in primam noſtram, methodum condentibus præſcriptam regulam peccem, plane rejicere non audeo ſed primo in loco eam proponam Tabulâ ſequenti, tametſi in hoc opuſculo ſequutus eam non ſim. Nempe, quia Bulboſæ iisque affines pleræque in eo conveniunt, quod ſeminis conceptaculum in tria loculamenta diviſum habeant & nonnullæ, quæ manifeſte ejuſdem ſunt generis ut *Irides* verbi gratiâ, radicibus præditæ ſunt aliæ Bulboſis, aliæ tuberoſis, aliæ fibroſis: ſatius duxi has omnes ad unum genus reducere, cujus nota ſit, conceptaculum ſeminale in tria loculamenta diviſum.

GENUS

Hæc Tabula ſpectat ad pag. 114.

Herbæ Bulbosâ Radice *donatæ ſunt vel eâdem*

- *Squamosâ*, caule
  - *Folioſo*, Florum petalis
    - *Rectioribus*, Floribus ipſis erectis; LILIUM.
    - *Reflexis*, Floribus deorſum nutantibus; MARTAGON.
  - *Nudo*, flore Hyacinthinum referente; LILIO HYACINTHUS.
- *Tunicatâ*, quæ vel
  - *Graveolentes* è caulium apicibus plurimos fundentes pediculos, floſculos hexapetalos, in corymbi aut umbellæ formam diffuſos, folliculo membranaceo deciduo initio incluſos ſuſtinentes: quæ vel foliis ſunt
    - *Fiſtuloſis*; CEPA. Sub quo nomine *Allium ſylveſtre* ſeu corvinum, *Porrum ſectile* dici ſolitum, & *Aſcalonitidem* complector.
    - *Solidis*; Bulbo
      - *E multis nucleis ſeu ſpicis compoſito*, odore
        - *Graviore*, flore minùs ſpecioſo; ALLIUM.
        - *Minùs gravi*, flore ſpecioſiore; MOLY.
      - *Simplici*, non compoſito ex nucleis,
        - *Anguſto*, oblongo, floſculis plurimis in ſphæram grandem conglobatis; PORRUM.
        - *Tumidiore & breviore*; ALLIUM SYLVESTRE *plurium ſpeciorum*.
  - *Odore minùs gravi* aut etiam nullo; Flore
    - *Enneapetalo*, petalis illis in flore, quæ ſurſum reflectuntur,
      - *Bifidis*; IRIS BULBOSA.
      - *Integris*; SISYRINCHIUM.
    - *Hexapetalo*,
      - *Imo fructui coherente*,
        - *Liliaceo pendulo*, pluribus ſummum caulem coronæ inſtar cingentibus; CORONA IMPERIALIS.
        - *Liliaceo erecto*, in uno caule unico, fructu etiam Liliaceo; TULIPA.
        - *Stellato*, florum ſtaminibus
          - *Latis ſpicatis* aut φυλλοειδεσι, quorum tria acuminata, tria bifida ſeu ſinuata ſunt; ORNITHOGALUM.
          - *Anguſtis & teretibus*; HYACINTHUS STELLATUS.
      - *Summo fructui inſidente*, floribus
        - *Liliaceis*, capſulâ ut & radice Narciſſi; LILIO-NARCISSUS.
        - *Campanulatis pendulis*; LEUCOIUM BULBOSUM.
    - *Monopetalo*; in ſex lacinias diviſo
      - *Summo fructui inſidente*
        - *Cum calice in medio flore*; NARCISSUS.
        - *Flore irregulari*; GLADIOLUS.
      - *Baſi fructiis cohærente*; HYACINTHUS.
- *Solidâ*, hoc eſt neque ſquamosâ, neque in tunicarum involucra diviſâ, foliis
  - *Anguſtis*; CROCUS.
  - *Latis*; COLCHICUM.

Nota. Iridis flos reverà & ſtrictè loquendo enneapetalos non eſt ſed hexapetalos, ut a *D. Tournefort* admonitus, obſervavi ipſe. Nam tria illa folia erecta, quæ medium florem occupant, nihil aliud ſunt, quàm ſtylii expanſiones: Niſi velimus dicere, ſtylum trifidum in terna folia explicari. Idem tamen *D. Tourn.* pro monopetalo hunc florem habet.

GENUS VIGESIMUM TERTIUM,

seu

Herba

GRAMINIFOLIÆ FLORIFERÆ

VASCULO TRICAPSULARI,

Radice Bulbosâ, Tuberosâ, Fibrosâ.

Huc refero plantas quasdam Bulbosis affines, quæ stricte loquendo vasculo tricapsulari non sunt ut verb. gr. *Orchidem, Helleborinem, Bifolium, Nidum avis.* Harum tamen vascula è tribus carinis componuntur & sex seminum ordines continent. *Cyclamen* radicis formâ & germinandi è semine modo cum Bulbosis convenit.

I.

Graminifoliæ Floriferæ Flore Monopetalo, margine in sex lacinias divisa.

1. Fructus basi cohærente.

1. *Hyacinthus*, cujus notæ, Flos nudus seu nullo perianthio inclusus, fructûs basi cohærens eumque occultans; radix bulbosa; stamina floris angusta, quo ab Ornithogalo differt; caules aphylli, folia longa, angusta, quibus cum Narcisso convenit.

Nos Hyacinthos divisimus in stellares, floris tubo oblongo donatos, racemosos seu botryoides, racemosos comosos, & anomalos.

Clariss. Vir P. *Hermannus* ità distinguit. Hyacinthi floribus sunt

Vel, *Clavatis*, ex tubo longo in sex segmenta, quasi totidem petala expansa, nonnihil reflexa, nunc simplici nunc duplici serie divisis, summitatem caulis undique ambientibus; *Hyacinthus Orientalis &c.*

Vel, *Oblongus, pendulis*, in sex profunda segmenta divisis; uno versu dispositis seu in unam partem pendentibus; *Hyacinthus cæruleus oblongo pendulo flore* Moris.

Vel, *Subrotundus*, campanulæ instar pendentibus, in sex profunda

funda ſegmenta quaſi petala diſſectis; *Hyacinthus floribus Campanulæ utrinque diſpoſitis C. B.*

Vel, *Stellatis*, ſegmentis ſeu petalis ſtellæ in modum expanſis; *Hyacinthus ſtellaris.*

Vel, *Cirroſis* ſeu capreolatis, pediculis florum in criſpa comoſa filamenta diductis; *Hyacinthus comoſus.*

Vel, *Urceolatis* ſeu *Arbuteis*, circum oras in ſex crenas diviſis, in caulis faſtigio quaſi in uvam congeſtis; *Hyacinthus racemoſus.*

Tournefortius Hyacinthos Herbariis communi nomine dictos ad tria genera refert. Primo *Hyacinthi* nomen imponit; ſecundum id eſt Hyacinthum racemoſum vulgo dictum, *Muſcari* titulo inſignit; tertium id eſt Hyacinthum ſtellarem *Ornithogalo congener* facit.

Et revera ſi forma floris ſufficiat ad genera diſtinguenda, ut quæ floris formâ differunt genere quoque differre cenſenda ſint, Hyacinthi vulgò dicti in tria genera dividendi erunt; nimirum in *Stellares*, *Tubo oblongo* donatos, & *Racemoſos.*

2. *Aſphodelus*, cujus notæ ſunt Flores monopetali in ſex ſegmenta ad baſin usque diviſi; ſemina triquetra; radices multis tuberibus ex uno capite dependentibus conſtantes.

Phalangium flore hexapetalo ab Aſphodelo differt.

3. *Liliaſphodelus*, Flos huic Lilii, radix Aſphodeli, unde & nomen. Flos tamen à Lilii flore differt, quòd monopetalos ſit.

4. *Colchicum*, Foliis latis, vaſculis ſeminalibus majoribus à Croco differt; Flores nudi, à radice ſtatim orti, absque pediculis herbaceis, Liliaceis ſimiles.

Radix tuberculum eſt carnoſum alteri tuberculo barbato unde flos originem ſumit à latere affixum. *Tournefort.*

2. *Flore ſummo fructui inſidente.*

1. *Crocus*, Flos Colchici flori ſimillimus, tubulo non immediatè è radice egreſſo ſed pediculo ſuſtentato, fructui inſidens oblongo triquetro, in terna loculamenta partito, & ſeminibus propemodum rotundis repleto. Radix tuberculum eſt carnoſum, parte inferiore fibrillis capillatum, alio tuberculo minore ſupernè innato, utroque membranulis aliquot obvoluto. Folia Croco anguſta ſunt, graminea, lineâ in medio albâ ſecundum longitudinem decurrente notata.

2. *Narciſſus*, cujus notæ, Flos è vaginâ membranaceâ oritur ſummo fructui inſidens, in ſex lacinias totidem petala imitantes diviſus, calice medium occupante; nunc longiore, nunc breviore.

3. *Iris*, cujus notæ, Flores enneapetali, quos *Tournefortius* mono-

monopetalos esse contendit; vel si (inquit) polypetalis eos annumerare velis, omnino concedere oportet, sex tantum petala habere; tria etenim folia quæ è medio reliquorum exeunt sine controversia ad stylum pertinent.

Verum quamvis è stylo exeant, florum petala amplitudine consistentia & colore imitantur.

Irides autem duorum generum sunt, aliæ radice bulbosa; aliæ radice tuberosa aut carnosa, quas *Tournefortius* in duo genera distinguit, priori nomen *Xiphii* tribuens.

Verum cum Xiphion & Gladiolus ejusdem significationis voces sint nec aliter differant quam quòd altera græca sit, altera latina; parum consideratè D. *Tournefortius*, me judice, eas diversorum generum nomina facit.

4. *Sisyrinchium*, autore *Tournefortio*, in eo ab Iride bulbosa differt, quòd radix ejus duobus tuberculis, altero alteri super imposito, ut in Gladiolo & Croco, componitur. Nos à flore distinximus, cujus folia illa quæ sursum reflectuntur in Iride bifida sunt, in Sisyrinchio integra.

Herbarii multis Bulbosarum speciebus Sisyrinchii nomen imponunt, quæ si notâ aliqua characteristica conveniant, ea certè me latet.

5. *Gladiolus*, Folia gladii laminam referunt. Floris structura peculiaris est; inferius enim tubulosus, superne in duo velut labia expanditur, quorum superius simplex est & in alveum inflexum, inferius in quinque partes divisum. Radix duplici tubere constat, altero alteri superincumbente.

6. *Aloe*. Hujus florum hexapetalon non esse contendit D. *Tournefortius*, sed monopetalon, in sex lacinias profundè divisum; Fructus, eodem autore, oblongus est & velut cylindraceus, in tria loculamenta secundum longitudinem divisus, seminum compressorum sibi invicem coacervatorum duobus plerumque ordinibus repletus.

Notæ nostræ (quas idem autor reprobat, ut non necessarias, nec omnibus Aloes speciebus communes) sunt, Folia crassa, succulenta, ad margines aculeata, radix succum crassum, flavum, insigniter amarum fundens. Adde folia ad radicem in orbem congesta ex *Hermanno*.

In hujus generis speciebus nonnullis (inquit D. *Tournefortius*) calix in fructum abit; in aliis pars hæc à pistillo originem sumit. At hæc nota omnia confundit. Hujus enim Sectionis Titulus est, *Herba flore Liliaceo monopetalo in sex lacinias diviso, cujus calix in fructum abit.*

7. *Canna Indica florida*, Cannacorus *Tournefortii*, cui Flores oblongi, in spicam congesti, è sex vel septem petalis linguæ formibus, & trifoliato quasi calice constructi, insidentes pericarpio

trigono echinato, in tres cellulas femina rotunda continentes distincto, folia lata, radix tuberosa, nodosa. *Herman.*

D. *Tournefortius* florem tubum esse in sex septemve partes profundè dissectum asserit.

I I.

Graminifoliæ Floriferæ flore Tripetalo.

Ephemerum, cui Flores tripetali, calice trifolio excepti; fructus oblongi in tria loculamenta divisi, seminibus grani Frumenti formam plerumque habentibus repleti.

I I I.

Graminifoliæ Floriferæ flore Hexapetalo.

1. *Sedi fructus coherente.*

1. *Phalangium*, cujus notæ Flores hexapetali, stellati, in spicas dispositi; radices fibrosæ.

Plantam illam quam Botanici Phalangii speciem faciunt, *Phalangii flore Lilii* titulo, sive Phalangium magno flore *C. B. Tournefortius* à Phalangio genere toto diversam esse vult, eique

2. *Liliastri* nomen imponit, cujus notæ Flos exactè Liliaceus; fructus oblongus, ab apice in tres partes dehiscens, & in tria loculamenta, seminibus angulosis repleta divisus; radices parvis Napis similes, fibris aliquot adnatis.

3. *Lilium*, cujus notæ, Radices è squamis multis imbricatim incumbentibus compositæ; caules multis foliis cincti; flos campanulatus, petalis in nonnullis speciebus reflexis, pendulis, verbi gratiâ in iis quæ *Martagones* dicuntur; fructus angulosi, tribus angulis subrotundis, tribus parietibus in tres cavernulas interiore parte divisus, seminibus planis, alâ foliaceâ cinctis, duplici ordine sibi invicem incumbentibus, repletas

4. *Lilio-hyacinthus D. Tournefortii.* Hujus notæ, caulis nudus; flos Hyacinthi; fructus rotundus, in tria loculamenta, seminibus aliquot fere rotundis repleta, divisus; radix Lilii squamosa.

5. *Corona imperialis*, cujus notæ, Flores hexapetali, penduli, summum caulem coronæ instar cingentes; caulis supra radicem foliosus, media parte nudus, summâ, quâ supra flores assurgit, foliaceâ comâ ornatus *Herman.* Fructus à Liliaceo angulis pinnatis utrinque & alatis differt.

Radix, observante *D. Tournefortio*, è tunicis aliquot componitur,

nitur, exterioribus interiores amplexantibus; quæ, nisi curiosius rimanti, vix observabiles sunt.

6. *Tulipa*, cujus notæ, Radix bulbosa tunicata; flores ampli hexapetali, nudi, in singulis caulibus naturâ singuli, erecti; caules foliis aliquot cincti. Stylus in fructum abit oblongum triangulum, in tria loculamenta binis singula seminum Liliaceorum sibi invicem superincumbentium ordinibus repleta; quo cum Lilio convenit.

7. *Fritillaria*, notæ Radix è duabus velut squamis seu tuberibus carnosis, è quorum medio caulis exit, composita; flos Tulipæ æmulus, deorsum nutans seu pendulus, plurimum tessellatus.

8. *Dens canis*, notæ Flos in uno caule unicus, hexapetalos, deorsum nutans, petalis reflexis; fructus in terna loculamenta divisus, quorum singula seminibus oblongis repleta. Adde radicem carnosam dentis canini quodammodo figurâ. *Tournef.*

9. *Ornithogalum*, notæ Staminula florum lata spicata, quorum tria acuminata, tria bifida seu sinuata sunt. Stamina hæc capitulum seu stylum includunt arctè coeuntia, etiam explicatis foliis exterioribus. Florum petala aversâ parte lineis virentibus plerumque notata.

Tournefortius Ornithogalum & Hyacinthum stellarem vulgò dictum ad idem genus reducit, cujus notas facit, florem hexapetalon habere petalis in orbem dispositis, radicem bulbosam. Verum nos optimam hujus generis notam characteristicam esse judicamus quam dedimus à staminum figurâ desumptam; proinde

10. *Hyacinthum stellarem* ab Ornithogalo separamus, & ex eo distinctum genus facimus, cujus notæ Flores stellati, radices bulbosæ, stamina florum angusta.

Graminifolia flore hexapetalo, basi fructus adnascente radice Bulbosâ graveolente.

Hisce omnibus commune est, è summo caulis fastigio multos flosculos emittere, communi involucro tectos & suis singulos pediculis insidentes, qui rupto aut dehiscente folliculo explicati in umbellas aut corymbos diffunduntur.

1. *Cepa*, cujus notæ sunt, Folia fistulosa, caulis in ventrem utrinque turbinatum turgescens, radices seu bulbi magnitudine insignes; flores in corymbum circumacti.

Tournefortius omnes hujus generis plantas folio fistuloso ad *Cepam* refert: nec ego repugno.

2. *Porrum*, notæ Bulbi angusti, oblongi & propemodum cylindrici;

In sopim: p: 1: a sopl: q: 1: a m: sunt ropa: porrz, alia

drici; folia lata, non fistulosa; flores plurimi in capitulum sphæricum grande seu corymbum conglobati. Florum stamina in hoc genere, observante *Tournefortio*, ut plurimum lata & plana, in tres partes secta, quarum media apicem sustinet.

3. *Allium*, Foliis est planis non concavis; floribus in summo caule in corymbi aut umbellæ formam congestis; bulbis ex tunicis aliquot tubercula nodosa seu nucleos involventibus, compositis. Nos *Moly* ab Allio flore majore & speciosiore differre statuimus; *Tournefortius* odore minus gravi.

2. *Flore summo fructui insidente.*

1. *Lilio-narcissus*, cujus notæ, Flores Liliacei; capsula Narcissi, ut & radix. Radice bulbosa à Lilio differt & cum Narcisso convenit, flore Liliaceo a Narcisso.

2. *Leucoium bulbosum*, Narcisso-Leucoium *Tournefortii*, cujus notæ, Flores albi, apicibus petalorum virentibus, penduli, in summo caulis fastigio, è theca exeuntes.

Gramini-

Graminifolia Florifera,

BULBOSIS AFFINES.

I.

Seminibus ſubrotundis.

Cyclamen, cujus notæ, Radix orbiculata, caules præter florum pediculos (qui è radice exeunt & ſinguli ſingulos flores geſtant) nulli; flores monopetali, in ſex lacinias, totidem petala referentes & ſurſum reflexas ad unguem fere diviſi.

Pericarpia globoſa, ſeminibus pluribus referta, quæ terræ commiſſa in tuberoſam orbiculatam radicem convertuntur. *Herman.*

II.

Seminibus ſerraturæ ligni aut ſcobi ſerrâ deraſô ſimili, flore irregulari ſeu difformi, ſummo fructui inſidente.

1. *Orchis*, cujus notæ, Flores polypetali, galeatis & labiatis ſimiles, labello propendente variarum rerum effigies exprimente, ſpicatim plerumque digeſti, ſinguli ſingulis conceptaculis oblongis aut ſubrotundis, è tribus carinis compoſitis, inſidentes; radices gemino plerumque tubere vel ſubrotundo ſeu teſticulato, vel in digitos velut fiſſo ſeu palmato conſtantes.

Orchides iisque congeneres *Helleborinæ* & *Bifolia* non immeritò ad hoc genus referri poſſunt cum vaſcula ſeminalia habeant in tres carinas diviſa, quarum ſingulis juxta carinæ angulum duæ ſeminum ſeries adnaſcuntur, & in radicibus etiam aliqualis convenientia ſit ut & in flore, vel hexapetalo, vel hexapetalum referente.

2. *Helleborine*, cujus notæ Folia nervoſa, radices fibroſæ, flores hexapetali Orchidis ſimiles, calcari carentes.

3. *Calceolus Mariæ* Helleborines ſpecies eſt, floris labello calopodium referente.

4. *Bifolium* ſeu *Ophris*, cujus notæ, Radices fibroſæ, folia nervoſa & ferè Plantaginea, bina in caule oppoſita, flores Orchidis, calcari carentes.

5. *Limodoron Auſtriacum Cluſ. Pan.* Orchis abortiva violacea *C. B.* ab Orchide, quacum flore & fructu convenit, radice differt non teſticulata neque palmata; ab Helleborine flore calcari donato; ab Ophri eâdem notâ, ut & foliorum ſitu, quæ non bina adverſa cauli adnaſcuntur, ſed alternatim ſingula. *D. Tournef.*

6. *Nidus avis* Radicibus fibris multis majuſculis implexis conſtantibus, nidum referentibus à reliquis differt. Flore, fructu & ſemine cum Orchide convenit.

Graminifoliæ Floriferæ,

BULBOSIS AFFINES.

I.

Floribus *non in caule foliofo, fed* in furculo peculiari *à radice oxio.*

1. *Zingiber*, Flores monopetali, difformes, quadripartiti, è cochleato-cavis furculi floriferi foliis exeuntes in ipfius vertice. Semina tenui albâ interftincta membranulâ inclufa, inordinata ferie minutiffimis fibrillis ftylo annexa, reniformia.

2. *Zingiber latifolium fylveftre*, Zerumbeth Garciæ *Herman. Cat. Lugd.* Huic furculus fingularis florifer è radice exit, apice in oblongo-rotundum rufefcens caput ex multis obtufis foliolis imbricatim incumbentibus conftructum, faftigiato. Flores pentapetali, aut potius monopetali in quinque lacinias diffecti, unâ galeæ inftar erecta, duabus inftar labii protenfis. Vafculum feminale trigonum, tribus loculamentis femina Cannæ Indicæ paulo minora continens.

Flores cum Zingiberis floribus (ut puto) conveniunt, nam præter quatuor lacinias, lingulæ etiam meminit *Hort Mal.* Foliorum latitudine à Zingibere præcipuè differt hæc planta.

3. *Curcuma*, Radix Zingiberis facie, velut ex condenfato fucco croceo preffius compacta; folia Cannæ Indicæ; flores in furculo peculiari Cannæ Indicæ triplo minores, tetrapetali fpicatim è foliorum in fuperiori furculi medietate fqamatim incumbentium finubus exeuntes; vafcula parva membranacea tricapfularia, femina rotunda, fufca, Cannæ Indicæ minora.

4. *Cardamomum.* Huic etiam florum eisque fuccedentium fructuum racemus in furculo peculiari è radice exeunte. Flores autem tetrapetali, tribus petalis æqualibus; quartum vero prioribus adverfum paulò latius & anguftius eit, tenui ftylo lingulâque donatum. Fructus, cum virides, uvarum formâ & fapore funt, in terna loculamenta partiti, fex feminum triangularium ordines continentes. In aliis fpeciebus fructus longiores funt.

Clariffimus Vir *Paulus Hermannus Bangalam* Indorum, *Coftum Arabicum, Galangam utramque & Zedoariam* fimili omnino fructificatione gaudere fcribit. Verum Hift. Malab. Autores Coftum Arabicum flores proferre afferunt non in furculo peculiari, fed in ipfius furculi folifi vertice, in capitulo pyriformi, è multis gemmulis conflato, è quibus exeunt flores trifariam

riam divisi, tetrapetali, ephemeri, candidi, campaniformes in vertice aliquantulum aperti, fructui insidentes, qui trigonus est & in tria loculamenta partitus, semina triangularia continens. His adde

Zingiber sylvestre majus, fructu in pediculo singulari *Sloan. Cat. Jamaic.* Paco-Seroca Brasiliensibus *Marcgrav. & Pison.*

Cardamomum minus Pseudo-asphodeli foliis *Sloan. Cat. Jamaic.*

II.

Graminifoliæ floriferæ Bulbosis affines floribus *in* surculi foliosi vertice.

1. *Tsiana-Kua Hort. Mal.* sive Costus Arabicus Dioscoridis *Matthioli.* Costus Arabicus & Syriacus Adversariorum *Lob. Plukn. Almag. Bot.*

2. *Manja-Kua Hort. Mal.* sive Curcuma radice rotunda *Officin.* ex sententia *D. Commelin.* Zingiberis facie radix intus flava rotunda *Plukn. Almag. Bot.* Flores in summis surculis sex septemve simul, brevibus petiolis, monopetali, difformes, quadrifariam divisi, fructui insidentes.

3. *Manjella-Kua Hort. Mal.* quæ ex sententia *D. Commelini*, qui eam aliquot annos coluit in Hort. Med. Amstelodamensi, ipsissima *Curcuma* est seu Terra-merita *Officin.* Flores ut in præcedente, ut & fructus; ut inter hanc & illam exiguum intercedat discrimen excepta magnitudine & præstantiori virtute, odore & sapore.

4. *Zingiber sylvestre minus* fructu è caulium summitate exeunte *Sloan. Cat. Jamaic.* An Paco-caatingæ secunda species *Marcgravii*?

GENUS

GENUS VIGESIMUM QUARTUM,

ſive

Herbæ

GRAMINIFOLIÆ FLORE STAMINEO,

Culmiferæ & non culmiferæ.

Culmiferas voco quæ caulem edunt teretem, geniculatum geniculis nodoſis, concavum plerumque, foliis ad ſingula genicula ſingulis, tenuibus, à lato principio in acutum mucronem ſenſim definentibus, alternatim poſitis amictum; ſeminibus ſolitariis.

Culmiferæ ſunt vel grano *majori* ad panificia & pultes utili, quas *Frumentaceas* & *Cereales* vocant; vel *minore*, quæ *Gramina* dicuntur: quamvis revera propriè loquendo Frumenta & Gramina genere non differant. Difficile enim eſt & planè arbitrarium, certum aliquem magnitudinis terminum ſeu limitem inter *Frumentorum* & *Graminum* ſemina conſtituere, cum natura nullum ſtatuat.

Ad *Panificia & pultes idoneo* addidi, quoniam ſemina hæc, quamvis nunquam hominibus in cibum veniſſent, imò quamvis nulli in mundo homines eſſent, idonea nihilominus forent ad hos uſus; ſiquando homines exiſterent. Unde quamvis naturæ rerum ab hominum uſibus non dependeant, aptitudo tamen ad uſum aliquem poteſt eſſe de earum natura, quoniam illa perpetuo manet, ſive homines illas ad hos uſus actu adhibeant, ſive non.

Frumenta quidem nihil aliud ſunt quàm Gramina annua ſeminibus majoribus; non tamen Graminum hujusmodi omnium ſemina hominibus in cibum veniunt, ut verb. gr. *Lachrymæ Jobi*, *Phalaridis*, *Lolii* &c. Has tamen ob grani magnitudinem *Frumentis* ſubjungemus.

Culmiferæ dividi poſſunt in *Spicatas* & *Paniculatas*.

Culmi-

I.

Culmifera grano majore.

1. *Ad panificia & pultes utili.*

a. *Spicata.*

1. *Triticum* grano est majore, oblongo, nudo, hoc est glumis non arctè adhærentibus sed triturando facilè abscedentibus tecto, turgido, lucido & flavescente, ab uno latere sulcato, farinâ candidâ & levi, nutrimenti optimi.

2. *Briza* seu *Zea* Tritici species est, glumis adeò arctè granis adhærentibus ut eas triturando non deponat.

3. *Secale* à Tritico differt culmo elatiore, spica paulò compressiore & perpetuò aristatâ, grano strigosiore, tenuiore & nigriore, glumis non undique operto, sed magna ex parte nudo, farinâ nigriore humidiore, lentâ & obstruente.

4. *Hordeum* spicâ aristis asperis armatâ, grano in medio tumidiore, ad utrumque extremum acutiore, glumâ crassiore undique arctè adhærente tecto, à reliquis culmiferis frumentaceis spicatis differt.

5. *Mayz* sive *Frumentum Indicum.* In hoc genere flores à fructu remoti sunt; siquidem in summo culmo paniculam gestat cassam, acerosam, e pluribus spicis compositam. Seminum spicæ tres quatuorve è foliorum sinubus exeunt foliis obvolutæ, longis filamentis seu aristis comosæ: unde spicatum & paniculatum simul nobis in Historia & Methodo Plantarum dictum est.

Cæterum notatu dignum est, quòd quamvis panicula in summo culmo plerumque sterilis sit, interdum tamen, observante *Camerario*, grana eidem, ubi nondum plenè sese explicavit, adnascuntur, potissimum circa imam partem quà tunicis vestitur, quasi fœcunditas nuditate evanescens pereat, eademque à tempestatum injuriis operimentis integra conservetur.

6. *Panicum* spicis ex crassis innumeris seminibus velut in racemulos digestis compositis à Milio, quocum seminum magnitudine & ferè figurâ convenit, distinguitur.

b. *Paniculata.*

1. *Oryza*, granis in panicula rarius sitis, figurâ ferè ovatâ, gluma crassiore, Hordei instar, undique tectis, locoque natali in aquosis, ab aliis frumentaceis distinguitur.

2. *Avena* seminibus angustis oblongis, plerumque glumis arctius

arctius adhærentibus, tectis interdum nudis rarius sitis, & filamentis tenuibus appensis, ab aliis differt.

3. *Milium* effusâ jubâ, granis minoribus, subrotundis, lucidis à reliquis frumentis paniculatis differt.

4. *Sorgum* seu Milium Indicum, culmi altitudine & crassitie grani figurâ ad Milium accedentis, magnitudine, jubâ erectâ à Milio aliisque frumentis paniculatis differt.

2. *Culmiferæ grano majore non esculento, spicatæ & paniculatæ.*

1. *Lolium*, cujus notæ, spica strigosa compressa, granis cum glumis utrinque ad scapum in eodem plano sitis, farinâ caput tentante & vertiginem inducente.

2. *Phalaris*, spica habitiore & è squamis compactili ab aliis dignoscitur.

3. *Lachryma Jobi*, paniculâ è glumis acerosis, nullum post se granum relinquentibus, compositâ, seminibus perforatis maximis, politi lævoris & invictæ duritiei, à glumis separatis seu remotis, culmis arundinaceis, ab aliis Culmiferis facilè distinguitur.

Nos fructum integrum pro semine nudo habemus. *Tournefortius* fructum distinguit in putamen & semen intus contentum. Verum si nullum semen nudum censendum sit quod simplex habet integumentum, imò quod duplex, nullum omnino in rerum natura semen producetur nudum.

II.

Culmifera grano minore seu Gramina.

Gramina in duo genera dividuntur *Spicata* nimirum & *Paniculata*.

Spicata subdividuntur in 1. *Triticea*, cujus generis est Gramen *Officinarum* seu *Caninum* vulgare. 2. *Secalina*, Hordea spuria seu murina vulgò dicta. 3. *Loliacea*. 4. *Spartea*, in quorum nonnullis spica ad Secalinam accedit, in aliis tenuis est & strigosa. 5. *Panicea*, spicâ Panicum referente. 6. *Alopecuroide*, à spica molli caudam vulpinam referente dicta. 7. *Myosuroide*, spicæ gracilitate à præcedentibus diversa. 8. *Typhina*, ab Alopecuroidibus, spicis asperioribus, squamulis spicas componentibus bicornibus, differentia. 9. *Cristata*, spicâ è duobus glumarum velut in cristas dispositarum ordinibus, versus unam partem vergentibus compositâ. 10. *Dactyloide* quæ inter gramina spicata & paniculata ambigunt. Habent enim paniculam è pluribus spicis compositam, & velut digitatam; unde nomen.

Grami-

Graminifoliæ Flore Stamineo non culmiferæ *sunt vel foliis*

- *Crassis* & plerumque *teretibus*, fungosâ medullâ farctis, caulibus
  - *Nudis*; JUNCI.
  - *Foliosis*; GRAMINA JUNCEA.
- *Tenuibus*, caule
  - *Triquetro*; CYPERUS. Quæ spicas acerosas, semine cassas, floriferas, à seminiferis remotas in summis caulibus proferunt, *Gramina cyperoide* dici possunt; Tournef. *Cyperoides* simpliciter vocat.
  - *Tereti*, floribus
    - *A fructu separatis* seu remotis in eadem spicâ aut surculo, fructu
      - *Cylindraceo crasso*, in summo caule, clavam referente; TYPHA.
      - *In pilulas sphæricas echinatas*, Platani pilulis similes *conglobato*; SPARGANIUM.
    - *Fructui contiguis*
      - *Spicata*, spica
        - *Julum referente*, Pinastri coni recentis æmulum, foliis Iridis aut Xiphii; ACORUS *verus*.
        - *Tomentosâ*, foliis propemodum junceis, *Schænolaguros*. Posset hæc species ad Juncos, fortè referri.
        - *Tenui strigosâ*, fructu, cum dehiscit, sagittæ barbatæ caput referente; GRAMEN TRIGLOCHIN.
      - *Paniculata*, *paniculâ tomentosâ*; GRAMEN TOMENTOSUM.

Juncus est Herba graminifolia foliis crassis & plerumque teretibus, fungosâ medullâ farctis, floribus stamineis.

Junci duûm sunt generum. Priores flosculis, è quibus Paniculæ componuntur, vel solitariis vel in fasciculos congestis; florum calicibus in sex plerumque segmenta divisis; seminibus sive vasculis seminalibus triquetris. Posteriores spicis seu capitulis squamosis sunt, sub singulis squamis singula semina triquetra occultantibus.

Cyperus est Herba flore stamineo, foliis tenuibus gramineis, minimè crassis aut fungosis, caulibus triquetris, & plerumque etiam seminibus.

Cyperoides flore à fructu remoto in spicis acerosis tenuibus à Cypero differt.

GENUS

GENUS VIGESIMUM QUINTUM,

Quo continentur Herbæ

ANOMALÆ

aut

INCERTÆ SEDIS.

I.

Anomalæ Aquaticæ.

1. *Nymphæa* folio est subrotundo aut ex rotundo oblongo, in summis aquis fluitante cujus variæ floris respectu sunt differentiæ, nam 1. Nymphææ albæ minori flore fimbriato flos monopetalos est. 2. Nymphææ albæ minimæ seu Morsui ranæ tripetalos. 3. Nymphææ luteæ vulgari polypetalos. Nec minor est differentia fructus respectu. Quibus tamen non obstantibus, ob similem totius plantæ habitum omnes ad idem genus referendas censemus.

2. *Faba Ægyptiaca*, cui folia & flores Nymphææ, Fructus fungosus & rugosus globum dimidium cui summa pars præcisa est referens, pluribus ad viginti quatuor usque loculis distinctus, quorum unusquisque fructum glandi similem continet.

3. *Tribulus aquaticus*, cui folia Populneis similia, fructus magni muricati, per maturitatem nigricantes: quæ nota sola ad hanc ab omnibus mihi visis aut cognitis plantis distinguendam sufficit.

D. Tournefort in *Institut. Bot.* florem & fructum accuratius describit. Flos, inquiens, rosaceus est plurimis (quatuor tantum pingit) petalis in orbem positis constans, è cujus calice surgit pistillum, quod simul cum calice in fructum abit subrotundum, acuminatum, unicapsularem, semine fœtum Castaneæ æmulo: fructus autem aculei nihil aliud sunt quàm folia calicis in aculeos versa.

4. *Cotyledon aquatica acris*, Hydrocotyle *Tournef.* Huic folia Cotyledonis, circinatæ rotunditatis, flos pentapetalos seminibus binis simul junctis insidens, in quibus cum stirpibus Umbelliferis, ad quas à *Tournefortio* refertur, convenit.

Notandum autem *Casparum Bauhinum* in pinace pag. 180. duas plantas diversas, nimirum Cotyledonem aquaticam acrem

Septen-

Septentrionalium *Lob.* & Ranunculum aquaticum umbilicato folio *Col.* (quæ vera Ranunculi ſpecies eſt) confundere, & ad idem genus reducere: nec mirum cum Cotyledonis flos & fructus à nemine ante eum deſcriptus fuerat.

5. *Stratiotes*, cujus notæ, Folia Aloes, per ambitum brevibus aculeis dentata; flores candidi tripetali. Fructus à me nondum obſervatus eſt: Fortaſſe planta anomala non eſt, ſed noſtri tantum reſpectu incertæ ſedis.

6. *Stratiotes Ægyptia*, Nilo innatat Aizoi arboreſcentis foliis, pro radice tenuiſſima fibrarum filamenta in aquas demittens: Flores nulli vel nondum obſervati.

II.

Anomalæ Siliquoſæ.

1. *Leontopetalon.* Huic radix tuberoſa; flores Ranunculi, ſtellati, pentapetali.

2. *Hypecoon*, cujus notæ, Folia tenuiter diſſecta; flores ſecundum *Columnam* dipetali, ſecundum *Cluſium* hexapetali, ſecundum *Tournefortium* tetrapetali. Folia bina adverſa grandia ſunt & triangularia; reliqua ſive duo ſint ad baſin usque tripartita, ut vult *D. Tournefort*, ſive quatuor ut *Cluſius*, perexigua ſunt & vix niſi flore expanſo conſpicua. Siliquæ longæ, planæ, articulatæ, in ſingulis internodiis ſingula ſemina longiuſcula continentes.

3. *Epimedium*, cujus notæ ſunt, Cauliculi in ternos ramulos, ramuli in ternos pediculos folia ſuſtinentes, Hederaceorum ferè figurâ, diviſi; flores tetrapetali geminati aut potius octapetali; ſiliquæ bivalves, tenues; ſemina compreſſa rotunda.

4. *Vagullas* Hiſpanorum, Volubilis ſiliquoſa Mexicana foliis Plantagineis. Siliquæ longæ anguſtæ & penè teretes ſunt: Chocolatæ compoſitionem ingrediuntur.

III.

Anomalæ ſingulares & ſui Generis.

1. *Ananas* ſeu *Pinea Indica*, Folia huic Aloes, fructus figurâ inſtar ſtrobili aut Cinaræ, cujus inter foliola prodeunt floſculi cærulei tripetali. In fructus apice velut planta parva ſuccreſcit, quæ decerpta & terræ immiſſa radices agit, & nova planta fit. *Flos*, ex obſervatione Clariſſ. *Plumieri* (monente D. *Tournefort*) *monopetalos eſt & velut infundibuliformis tri-*

 partitus;

partitus, tuberculis embryonis innascens: semina exigua, velut reniformia, calyptrâ obvoluta.

2. *Limonio congener Clus.* Sola folii forma concava & tubulosa, Aristolochiæ floris pænè figurâ, huic ab omnibus aliis plantis distinguendæ sufficit. Flos & fructus singularis etiam & insolitæ figuræ sunt: quorum descriptionem vide in Hist. nost. App. pag. 1914. vel in *Tournefortii* Institutionibus Rei herbariæ pag. 657. qui *Sarracenæ* nomen huic plantæ imponit. Herbarii plerique Bucanephyllon eam appellant.

Thuris limpidi folium apud *J. Bauhinum* Tom. 1. Part. 2. pag. 307. plantæ alicujus ex hoc genere esse videtur.

3. *Tribulus terrestru*, Folia huic Lenticulæ aut Ciceris; flores pentapetali; fructus muricati, è quinque velut triangularibus partibus compositi, quarum cuspides in centro concurrunt, reliqui anguli in longam & acutam spinam exeunt.

Duæ plantæ præcedentes ad Herbas Pentapetalas Vasculiferas referri possent.

4. *Piper vulgare rotundum*, cujus notæ, caules convolvendo se stirpibus vel adminiculis vicinis scandentes; folia quinquenervia, ovata ferè & in acutum mox desinentia, uvæ seu racemi seminum ad caulium nodos ex adverso foliorum; grana ipsi racemi scapo sine petiolis adnata. Adde ex Hort. Malab. Flores monopetalos circa extrema tripartitos.

5. *Piper longum orientale*, a Pipere rotundo differt caulibus minus lignosis, foliis longioribus, minus cuspidatis. Flosculi monopetali sunt, in quinque vel sex lacinias divisi, arctissime fructibus insidentes, qui oblongo-rotundi sunt, è vasculis seminalibus arctissimè stipatis compositi, in quibus semina oblonga nigricantia continentur.

6. *Fumaria*, cujus notæ sunt, Folia Umbellatarum ferè in modum divisa; flores spicati ad Papilionaceos accedentes in calcar quoddam retrorsum extensi, pediculo è media parte egresso hærentes; fructus vel rotundi vel in siliquam producti.

7. *Thalictrum*, cujus notæ Folia Umbelliferarum in modum divisa, flores staminosi, semina ut in Umbelliferis striata.

Hic me immeritò reprehendit D. *Tournefort*, quod flores huic plantæ staminosos tribuerim, cum sibi semper foliosi seu petalodes visi sint. Concedo equidem Thalictri flores petalodes esse: nam & in notis meis florem pentapetalum iis attributum invenio. Quocirca *staminosos* eos vocavi, hoc est, staminibus abundantes, non *stamineos* hoc est ex meris staminibus compositos. Hanc autem distinctionem è *Joachimi Jungii Isagoge Phytoscopicâ* hausi. vid. Hist. nost. Lib. 1. Cap. 10. Potuit D. *Tournefort* hoc intellexisse ex situ plantæ inter Herbas flore petalode non stamineo donatas.

Siquis

Siquis Thalictri fructum capsulam esse semen intus comprehendentem contenderit, quòd semen non adhæreat capsulæ, nec ab eâ arctè stringatur; Respondeo, cum in nonnullis speciebus seminis nucleus exteriori tegumento adhærescat, ut in umbelliferis, cumque in nullis fructus sponte aperiatur & semen exponat, sed unà cum semine incluso à plantâ matre abscedat; capsula quæ videtur pro exteriore potius seminis tegumento habenda est, semen inclusum pro nucleo.

Cæterum cum in nonnullis hujus generis speciebus plures uni flori succedant fructus in capitulum conglobati, dici de illis non potest quòd singulis floribus singula succedant semina, atque idcirco hoc genus ad anomalas potius referendum videtur.

8. *Nasturtium Indicum*, *Acriviola*, sive Viola Nasturtii sapore, cujus notæ, Folia peltata, pediculo in medium inserto; flores irregulares, pentapetaloides cum calcari retrorsum producto; semina nuda, ad singulum florem terna, rugosa, majora.

Quæ nos pro seminibus nudis habemus, D. *Hermanno* capsulæ censentur cum seminibus intus contentis. Verum cum per maturitatem à plantâ matre integra decidant, nec unquam sponte aperiantur aut semina exponant, quod intus continent nucleum potius quam semen nudum dicendum existimo.

A

I

METHODUS
ARBORUM
ET
FRUTICUM.

ARBORES ET FRUTICES.

Arbores & Frutices sunt foliis.

- *Arundinaceis Irinisve*, caudice
  - *Simplici* non ramoso, μονοφαλεχεῖς καὶ μονοφυεῖς *Theophrasto* dictæ, quæ & μονόβλαστοι & ἀπαράβλαστοι & μονόκλωνοι dici possent, eo quòd unicam tantum unâ vice gemmam sed maximam producant flore tripetalo, Spathiferæ plerunque; *Palma*.
  - *Ramoso*, resinam Sanguis Draconis dictam fundens; DRACO ARBOR.
- *Diversa* ab Arundinaceâ figuræ texturæve. Vide Tab. seq.

Palmæ Arbores non tantum foliis Arundinaceis, sed etiam toto vultu, habitu & constitutione, partiumque fere omnium formâ texturâque ab aliis Arboribus differunt; ut non immerito pro singulari & distincto ab iis genere haberi possint.

Palmæ nonnullæ latifoliæ quidem sunt, ut *flabelliformes* nobis dictæ. Verum foliorum textura striata, nervis secundum longitudinem productis Arundinaceis respondet, ut folia è pluribus foliis Arundinaceis secundum margines connexis componi videantur.

Arundo *Mambu* seu *Bambu* dicta ob magnitudinem & staturam arboreæ æmulam & substantiæ duritiem, Arboribus à nonnullis accensetur. Verum cum calami concavi sint & geniculati Arundinaceorum instar, & spicas in summitate proferant ad Triticeas accedentes, Arundinibus potius annumerandam duximus.

Arbores foliis formâ & structurâ ab Arundinaceis diversis sunt vel

- *Fructu à flore sejuncto* seu remoto, eoque vel
  - *Squamoso* & plerumque conoide, unde hoc genus plantæ *Coniferæ* dicuntur. Quæ foliis sunt vel
    - *Angusta*, resinam fundentes, unde *Resiniferæ* denominantur, foliis itidem
      - *Oblongis*,
        - *Sparsim undique è surculis exeuntibus*, vel
          - *Binis simul* ex eadem theca seu tubulo; PINUS.
          - *Singulis* seu *solitariis* absque theca; ABIES.
        - *Agminatim* è tuberculis, velut in penicillos coaggestis; LARIX, CEDRUS *Libani*.
          - *Tournefortius*, nec immerito, *Cedrum Libani*, *Laricis* speciem facit.
      - *Brevibus*, fructu
        - *Sphærico*, è clavatis lignosis tuberculis per harmoniam coaptatis composito; CUPRESSUS.
        - *Conoide* minore squamoso conis minimis, foliis
          - *Rigidis* & pungentibus; SABINA.
          - *Mollioribus*, squamatim incumbentibus, ramulis compressis, conis è paucis squamis compositis; ARBOR VITÆ.
    - *Latis*, succo aqueo præditæ, foliis
      - *Populi*; BETULA.
      - *Coryli*; ALNUS.
  - *Non squamoso*. Vide Tabulam sequentem.
- *Fructu flori contiguo*, in reliquis omnibus Arboribus.

ARBO-

ARBORES
FLORE A FRUCTU REMOTO.

Hæ fructum producunt 1. ſiccum ſquamoſum & plerumque coniformem quæ *Coniferæ* dicuntur, aut 2. non ſquamoſum, ſiccum vel humidum, quas *non Coniferas* vocabimus.

Conos voco fructus ſquamoſos duros & ſiccos, in Coni ſeu metæ formam turbinatos, bina ſub ſingulis ſquamis ſemina, alata plerumque continentes. Hoc etiam nomine comprehendo fructus pluribus partibus cruſtaceis aut lignoſis, per harmoniam coaptatis & maturitate dehiſcentibus conſtantes, quales ſunt *Cupreſſi.*

Arbores Flore a Fructu remoto squamoso.

seu

CONIFERÆ.

I.

Resiniferæ.

1. *Foliis perpetuis angustis oblongis.*

1. *Abies*, cujus notæ, Folia perpetua, singularia, ramulos undique cingentia, hoc est non ex lateribus tantum nascentia, sed etiam ex supernâ infernâque eorum parte; resinam fundere.

2. *Pinus*, cujus notæ, Folia perpetua, Abiegnis longiora, bina ex eadem thecâ seu tubulo exeuntia & interdum etiam plura.

3. *Cedrus*, cujus notæ, præter toti generi communes, sunt Folia in tuberculis agminatim nascentia, & velut in penicillos coaggesta; coni grandes quo â Larice differt. An Arbor hæc folio sit deciduo an perpetuo me nescire fateor: fortè cum Larice, cui alias similis est, hoc etiam respectu convenit.

2. *Foliis deciduis angustis oblongis.*

Larix, cum Cedro Libani foliis agminatim seu fasciculatim nascentibus convenit, conorum parvitate ab eâ differt.

3. *Foliis perpetuis brevibus, ut squamæ potius quàm folia videantur.*

1. *Cupressus*, cujus notæ, Folia angusta brevia; fructus sphærici, è clavatis lignosis tuberculis per harmoniam coaptatis compositi.

2. *Sabina*, huic Fructus conoides sphæricus minimus, folia rigida & pungentia.

3. *Arbor vitæ*, notæ Folia squamatim incumbentia, ramuli compressi, conuli oblongi è squamis compositi.

II.

Arbores

Coniferæ non resiniferæ, foliis deciduis latis.

1. *Betula*. Arbor est Julifera, fructu squamoso conoide aut cyandroide, folio Populi, viminibus lentis, cuticulam exuens.

2. *Alnus*, Arbor Julifera, fructu squamoso conoide, folio

ulos
na-
nam

bina
ra.
funt
illos
hæc
La-

tim

hæ-
ota-

olia

uli

aut
am

lio

rec

Hæc Tabula ſpectat ad pag. 139.

Arbores Flore à Fructu ſejuncto ſeu remoto, non ſquamoſo ſive non Coniferæ *ſunt vel floribus.*

- *Racematim diſpoſitis*, ſtamineis, cum fructu
  - *In eodem ſurculo ſeu pediculo communi*, tricuſpide & tricapſulari, binis in ſingulis cellis ſeminibus. In unaquaque autem cellâ (obſervante *Tournefortio*) continetur capſula, quæ conſtrictione ſua cum impetu ſemina ejicit; BUXUS.
  - *In pediculis qui flores non proferunt*, ut hujuſmodi arborum flores in diverſis à fructibus ſurculis proveniant; foliis pinnatis
    - *Cum impari in extremo* coſtam terminante, putamine duro ligneo-ve nucleum tegente; TEREBINTHUS.
    - *Nullo in extremo impari folio*, fructu ſimili; LENTISCUS.

      D. *Tournefortius*, è cujus *Elementis Botan.* hæc mutuatus ſum, *Piſtaciam* arborem ad *Terebinthum* refert.
- *In faſciculos congeſtis*, baccis pro fructu duo triave ſemina continentibus. ERICA BACCIFERA.
- *In nucamenta oblonga* ſeu *julos diſpoſitis*, fructu per maturitatem
  - *Sicco*.
    - *Nuciferæ*, putamine interiore nucleum proximè ambiente, vel
      - *Oſſeo & fragili*, exteriore
        - *Viridi, craſſo, pulvinato*, nucem undique tegente, nucleo in quatuor lobos profunde diviſo, foliis plantæ pinnatis; JUGLANS.
        - *Membranaceo*, ſummâ parte aperto, foliis integris ſubrotundis; CORYLUS.
        - *Alato* ſeu *ligulis foliaceis auctio*; CARPINUS.
      - *Molliore* & velut *coriaceo*, fructu
        - *Solitarie*, ſeu nuce in uno vaſculo unicâ, cupulâ exceptâ, ſuperiore parte nudâ, quod genus arbores *Glandiferæ* dicuntur, foliis
          - *Sinuatis* & velut *undatis*, deciduis; QUERCUS.
          - *Dentatis* aut aculeatis, perpetuis, Cortice
            - *Craſſiore*, denſioreque, molli levi, ſpongioſo; SUBER.
            - *Minus craſſo & duriore*; ILEX.
        - *Multiplici, eidem tegumento incluſo*,
          - *Hirſuto*, quadripar[illegible], nuces duas triquetras continente FAGUS.
          - *Echinato*, binas ternaſve, aut etiam quaternas nuces includente; CASTA[illegible].
    - *Piluliſere*, fructu in pilulas ſphæricas congiobato, multa ſemina continente; PLATANUS.
    - *Lanigeræ*, quarum vaſcula ſeminalia pappoſâ lanugine ſeminibus adhærente repleta ſunt, folio
      - *Latè cordato, angulaſo*; POPULUS.
      - *Anguſtiore plerumque & longiore*, magis æquali circumſcriptione; SALIX.
- *Baccifera*, quod genus Arbores *Baccifera* denominantur, fructu
  - *Simul cum flore, emergente*, foliis
    - *Cum floribus*, tribus in unoquoque acino officulis duris; CEDRUS LIBANI.
    - *Floribus, angulis, oblongis*,
      - *Amaro & pungentibus*, tribus in fructu officulis; JUNIPERUS.
      - *Mentoribus* & non pungentibus, ſaturo virore præditis, pectinatim circa ramulos diſpoſitis, baccis unicum intus granum continentibus; TAXUS.
  - *E pluribus velut foliis ſquamatim incumbentibus* vel potius floſculis denſè ſtipatis compoſito; MORUS.

Nota. *Morus* præter floſculos, ex quibus fructus componitur, & julum fer[illegible]

Arbores Flore à Fructu remoto,

NON CONIFERÆ.

Hæ flores ferunt ſtamineos 1. racematim diſpoſitos. 2. in faſciculos congeſtos. 3. in nucamenta oblonga diſpoſitos, quæ Juliferæ vocantur.

I.

Arbores Flore a Fructu remoto non Coniferæ, Floribus racematim diſpoſitis ſtamineis.

1. In eodem ſurculo ſeu pediculo communi.

Buxus, cujus notæ, Folia ſemper virentia, fructus tricuſpis & tricapſularis, cum binis in ſingulis cellis ſeminibus.

In unaquaque cellâ continetur folliculus, qui conſtrictione ſuâ cum impetu ſemina ejicit. *Tournef.*

2. In ſurculis ſeparatis ſeu disjunctis.

1. Terebinthus, cujus notæ, Folia pinnata, pluribus pinnis ad mediam coſtam annexis, cum impari folio ſeu lobo coſtam terminante, putamine duro ligneove nucleum tegente.

D. Tournefort Piſtaciam arborem ad Terebinthum refert, à qua fructûs figurâ oblongâ differt.

2. *Lentiſcus* a *Terebintho*, Foliis è pinnarum aliquot conjugationibus mediæ coſtæ annexis, nullo extremam coſtam folio terminante, compoſitis differt.

II.

Floribus in faſciculos congeſtis.

Erica baccifera, cujus notæ, Folia Ericæ; Baccæ pro fructu duo triave ſemina continentes.

III.

Floribus in Nucamenta oblonga dispositis,

sive

JULIFERÆ.

1. *Fructu per maturitatem sicco.*

a. *Nucifera.*

Putamine interiore osseo & fragili.

1. *Juglans*, cujus notæ, Tegumentum nucis exterius viride crassum, pulvinatum, nucem undique tegens, nucleus in quatuor lobos profundè divisus; folia pinnata.

2. *Corylus*, cujus notæ, Tegumentum exterius membranaceum, summa parte apertum, nucleus indivisus; folia integra subrotunda.

3. *Carpinus*, notæ, Putamen fructûs alatum seu ligulâ foliaceâ auctum; folia Ulmi aut Fagi.

Putamine interiore molli & coriaceo.

1. *Quercus*, cujus notæ, Fructus solitarii, cupulâ excepti, superiore parte nudi; folia sinuata seu dentata, decidua.

2. *Ilex*, cujus notæ Folia dentata aut aculeata, perpetua. *Suber* vocatur illa *Ilicis* species, quæ cortice est crassiore, densiore, molli, levi & spongioso.

3. *Fagus*, notæ sunt, nux duplex triquetra eidem tegumento inclusa, aspero, hirsuto, quadripartito.

4. *Castanea*, nota Fructus echinatus, binas ternas quaternasve nuces includens.

b. *Pilulifera.*

Platanus, notæ Fructus in pilulas sphæricas conglobati, multa semina continentes.

c. *Lanigera.*

Populus, notæ Folia lata & angulosa; vascula seminalia papposâ lanugine seminibus adnascente repleta.

2. *Salix*,

2. *Salix*, Folia huic anguſtiora plerumque & longiora, circumſcriptione magis æqualia, juli ſimiles. In hoc genere datur ſexuum diſtinctio. Aliæ etenim arbores julos floriferos tantum proferunt, aliæ ſeminibus tantum prægnantes.

2. *Arbores*

Fructu à Flore remoto humido, ſeu Bacciferæ.

1. Cedrus *Lycia* ſeu *Sabina bacciferæ*, notæ Folia Cupreſſina; terna in unoquoque acino oſſiculâ dura.

2. *Juniperus*, Folia anguſta oblonga, acuta, pungentia; terna in fructu oſſicula.

3. *Taxus*, notæ Folia molliora, ſaturo virore prædita, pectinatim circa ramulos diſpoſita, Baccæ unicum intus granum continentes.

4. *Morus*, notæ Fructus è pluribus veluti foliis ſquamatim incumbentibus, aut verius e floſculis denſe ſtipatis compoſiti. Nam hi floſculi, qui tetrapetaloidei, ſenſim craſſeſcunt ſingulique abeunt in acinum, quo ſemen continetur pulpâ exiguâ involutum & quatuor pulpoſis floris foliis obvolutum.

ARBORES

ARBORES
FLORE FRUCTUI CONTIGUO.

Arbores flore fructui cohærente seu contiguo sunt vel 1. eodem summo fructui insidente, vel 2. imo fructui cohærente, eumque amplectente.

Prioris generis quæ sunt, ob calicem à flore delapso residuum summumque fructum velut coronantem, *fructu umbilicato* seu coronato esse dicuntur.

Hæ vel fructu humido sunt, vel fructu sicco.

Quæ fructu humido per maturitatem donantur sunt vel eodem monopyreno, vel polypyreno, & utrumque genus vel majore fructu, vel minore.

Arbores Flore Fructui contiguo sunt vel eodem

- *Summo fructui insidente*, quod genus Arbores *fructu umbilicato* dicuntur, suntque fructu per maturitatem vel
  - *Humido*,
    - *Polypyreno*,
      - *Majore*, *Pomifera umbilicata*; MALUS, PYRUS &c.
      - *Minore*, *Bacciferæ umbilicatæ* fructu polypyreno.
    - *Monopyreno*. Hujus generis quas novimus, omnes Europææ fructu sunt minore, ideoque ad unum duntaxat genus pertinent *Bacciferarum* fructu monopyreno.
  - *Sicco*, cujus generis nullæ (quod sciam) in Europâ habentur arbores,
- *Basi fructus cohærente*. Vid. infra.

ARBO-

ARBORES FRUCTU UMBILICATO.

Arbores

Fructu Umbilicato Humido Polypyreno Majore,

sive

POMIFERÆ UMBILICATÆ.

1. *Malus*, Pomo circa pediculum plerumque excavato, loculamentorum seminalium parietibus duris & cartilagineis, succo acidiore, arbore magis patulâ à Pyro differt, quacum seminibus cartilagineo cortice tectis, floribus pentapetalis rosaceis convenit.

2. *Pyrus*, Pomo ad imum seu pediculum plerumque productiore, nec ut in Malo excavato, sapore austero, loculamentorum seminalium parietibus mollibus & membranaceis, arbore proceriore & rectiore à Malo differt.

In Pyro sativâ & cultâ fructus per maturitatem plerumque mitis & dulcis evadit.

3. *Cydonia*, staturâ humiliore, ramis contortis, fructu acerbo & adstringente, etiam in sativâ & cultâ, lanugine rasili plerumque obtito à Pyro differt, quocum genere proximo convenit. ♀ 5. 4. a

4. *Sorbus*, Foliis pinnatis, floribus eosque sequentibus fructibus umbellatim congestis, fructu non ante fracedinem edulis, à Pyro reliquisque congeneribus differt. ♀ 2. 2. a

5. *Mespilus*, cujus notæ Folia integra, Laurina; Fructus non antequam fracidus factus sit edulis, umbilico latissimo, quinque intus osticulis duris, pediculo brevissimo. ♀ 2. 2. prop. acligata pulp

6. *Mespilus sylvestris foliis laciniatis, fructu Sorbiformi.* In hoc genere fructus ut in Sorbo Pyrum imitatur tum formâ, tum pediculo oblongo; osticulis intus duris Mespilum refert. Hujus species sunt, *Sorbus torminalis*, *Aronia*, & *Oxyacantha vulgaris*. Quarum duæ posteriores spinosæ sunt. ♀ 7. 2 - ap. l. Cram.

7. *Mespilus sylvestris fructu Sorbiformi, foliis integris.* Hujus species sunt *Pyracantha*, *Aria Theophrasti*, *Chamamespilus J. B. Chamamespilus Gesn.* sive Epimelis *Lugd.* ♀ 7. 2. a m Lang ocw.

8. *Punica* malus, cortice fructûs crassiore & fragili, numerosis intus acinis, singulis pulpa molli dulci circumdatis, favorum ♀ 1. 8. p. 1 a & ♀ 2. 1. p. a Mang ous

rum modo dispositis referto, ab hujus generis aliis distinguitur.

9. *Opuntia* seu *Tuna*, Fructus huic carnosus, pulpâ humidâ multa semina includens. Verum ab aliis quibuscunque plantis abundè distinguitur ex modo nascendi; folio enim plantatur, & ex meris foliis, aliis ex aliis enascentibus, constat. Flos etiam & fructus è folio emergit.

10. *Guaiava*, Flore est rosaceo ex plurimis scilicet petalis in orbem positis constante; Fructu fere ovato, coronato, molli, in cujus carne multa exigua semina nidulantur.

11. *Rosa*, Frutice infirmo, medulloso, & plerumque spinis corticalibus obsito, folio pinnato, flore speciosa, fructu ovali aut teretiusculo, seminibus intus plerumque angulosis villosisque cognoscitur.

Arbores

Arbores

Fructu Umbilicato Humido Polypyreno Minore,

sive

BACCIFERÆ UMBILICATÆ POLYPYRENÆ.

1. *Grossularia* Foliis est laciniatis; fructu sparso, pulpa molli, numerosis intus acinis.

2. *Ribes*, Frutice non spinoso, flore herbaceo magis expanso, fructu minore racematim cohærente à Grossularia differt.

3. *Vitis Idæa*, Frutice parvo, flore urceolum referente, fructu humido parvo, non racematim nascente innotescit.

4. *Caprifolium*, Caule volubili scandit, flores profert tubulosos oblongos, cornu venatorii quodammodo figurâ, odoratos aggregatos.

Tournefortius frutices *Periclymena* dictos in quatuor genera distinguit.

Primum *Caprifolium* vocat, cui flos tubulosus, infernè clausus, superne in duo velut labia dissectus, quorum superius in aliquot lacinias subdividitur, & inferiore plerumque multò majus est; inferius in linguæ formam persæpe sectum: Fructus bacca mollis est, semina aliquot complanata, & ferè ovalia continens.

Secundum *Periclymenum* appellat quod à præcedente differt floris tubo in campanæ formam expanso, in quinque partes plerumque dissecto: Fructus cum præcedente convenit. Huic generi duas species subjicit, nimirum

Periclymenum perfoliatum Virginianum semper virens & florens *Hort. Lugd. Bat.*

Periclymenum Indicum flore flavescente. *Itti Canni* Hort. Mal. *7. 55.*

Tertium *Chamæcerasum* nuncupat, vulgò Periclymenum rectum, cui flores bini eidem pediculo innascuntur, primi generis similes. Fructus etiam illius fructibus respondet. Differt ergo præcipuè a primo genere, quod frutice sit recto, floribus & baccis in eodem communi pediculo binis.

Quartum *Xylosteum* denominat quod eodem modo à Chamæceraso differt; quo Periclymenum à Caprifolio.

5. *Sambucus*, Flore & fructu in umbellas aut racemos coacto, ramis medullâ plurimâ farctis cum pauco ligno, granis in singulis baccis pluribus, plerumque ternis, ab aliis arboribus facile dignoscitur.

6. *Hedera*, Frutex est parasiticus, cirris suis arboribus aut parietib.

parietibus adhærescens & scandens; fructu in corymbos coagmentato; flore hexapetalo, fructum propemodum medium amplectente; seminibus in singulis acinis plerumque quatuor.

p: a Sopol: modum

7. *Myrtus*, Foliis perpetuis suaveolentibus, floribus pentapetalis, baccis umbilicatis tricapsularibus cum pluribus intus seminibus reniformibus, à congeneribus distinguitur.

8. *Piper odoratum Jamaicense*, Caryophyllus aromaticus fructu rotundo Caryophyllon Plinii *C. B.* Fructus Piperis fere figurâ & magnitudine est, duo intus semina hemisphærica in globulum coaptata continens.

9. *Caryophyllus aromaticus*, Fructus hujus clavi figuram imitatur, unde apud omnes fere gentes nomine clavum significante appellatur; per maturitatem ovalis evadit, estque unicapsularis unicum semen oblongum continens. Flos ei rosacens, pluribus petalis in orbem positis constans, caliculo exceptus notante *Tournefortio.*

Hujus fructus monopyrenos mihi visus, neque tamen talem esse plane certus sum: quo minus à *Caryophyllo Plinii* separandum duxi.

Multæ utriusque Indiæ Bacciferæ Umbilicatæ Polypyrenæ recensentur in Historiâ nostrâ Plantarum Libr. 26. Sect. 3.

Arbores

Arbores

Fructu Umbilicato Monopyreno

sive

BACCIFERÆ UMBILICATÆ MONOPYRENÆ.

1. *Laurus Tinus*, notæ, Flos monopetalos quinquepartitus; Fructus Olivæ figurâ, magis acuminatâ, monospermos, cortice parum carnoso; semen pelliculâ cartilagineâ tectum.

2. *Sambucus aquatica*, cujus notæ, Folia Aceris; flores in umbellâ, exteriores & majores steriles, interiores fertiles; Acini rubri semen continentes singuli latum planum, cordis effigie.

3. *Viburnum*, notæ Vimina lenta, lanuginosa; folia subrotunda, pronâ facie incana; flores in umbellis, baccæ per maturitatem nigræ compressæ, ovales ferè; semina ejusdem figuræ, valde compressæ, canaliculata & fere ossea.

4. *Casia Poetica* Lob. notæ Folia Linariæ, flores Ribis, fructus sive bacca rotunda cum unico intus osiculo.

5. *Cornus*, Floribus luteolis summo fructui innascentibus, fructu oblongo & fere cylindraceo, osiculo duro & dispermo innotescit.

Sassafras Arborem, Corni maris speciem facit curiosissimus ille Botanicus *D. Johannes Banister* in Catalogo Plantarum *Virginiensium*. Fructu siquidem non differunt hæ Arbores, ut nec virtutibus. Quin etiam foliorum disruptorum partes in araneosa filamenta, scabiosæ instar, diducuntur in utrâque hac arbore.

Arbores quasdam Indicas & Americanas, fructu umbilicato minore, sive Bacciferas Umbilicatas Monopyrenas vid. Hist. nost. Lib. 26. Sect. 3.

Arbores Flore basi Fructus coherente sunt vel Fructu

- *Per maturitatem humido*,
  - *Monopyreno*, seu unicum intus osſiculum continente
    - *Majore*, osſiculo intus fragili; *Prunifera* nobis dictæ.
    - *Minore*; *Baccifera monopyrena*.
  - *Polypyreno*,
    - *Majore*,
      - *Corticoso*; ARANTIA &c.
      - *Crustaceo*; *Cucurbitifera Arbores*.
      - *Cortice tenuiore squamoso* aut *reticulato tecto*; ANONA.
    - *Minore*; *Baccifera polypyrena*, quæ in dipyrenas, tripyrenas, tetrapyrenas, & polypyrenas, dividi possunt.
- *Per maturitatem sicco*.

Arbores Prunifera sunt Fructu

- *Solitario*, seu in uno pediculo unico eoque (pediculo) vel
  - *Brevissimo*, osſiculo fructus vel
    - *Plano*, superficie æquali; MALUS ARMENIACA.
    - *Scabro*, rugis aut scrobiculis sulcisve profundius exarato; MALUS PERSICA.
  - *Media longitudinis*, osſiculo fructûs
    - *Monospermo*, flore albo; PRUNUS.
    - *Dispermo*, floribus luteolis, folio trinervi; ZIZIPHUS.
  - *Longissimo*, fructu breviore & ad basin latiore, osſiculo tumido & subrotundo; CERASUS.
- *Racemoso*, pluribus in eodem communi pediculo fructibus,
  - *Nudis sive calyce non exceptis*, foliis
    - *Semper virentibus*, flore
      - *Monopetalo*, quadripartito, fructûs osſiculo duro scabro; OLEA.
      - *Pentapetalo*, fructu Cerasiformi, osſiculo longiore & tenuiore; LAUROCERASUS.
    - *Deciduis*, osſiculo
      - *Monospermo*, oblongo, scabro, fructu Cerasi; PADUS *Theophrasti*
      - *Pentaspermo*, folio ramoso; AZEDARACH.
  - *Calyce exceptis*; MYXA, CINNAMOMUM.

ARBORES

ARBORES
FLORE BASI FRUCTUS COHAERENTE.

Arbores

Quarum Flores basi fructus cohærent Fructu Humido, Monopyreno Majore, osſiculo duro fragili

ſeu

PRUNIFERÆ.

Hæ vel ſunt Fructubus *ſolitariis*, ſi ita loqui liceat, ſeu in ſingulis pediculis ſingulis, vel *Racemoſis* ſeu in eodem pediculo pluribus.

I.

Prunifera Fructibus ſolitariis.

1. *Fructuum pediculis breviſſimis.*

1. *Armeniaca Malus*, Foliis latioribus Populum nigram referentibus, fructu ad latera compreſſo, & ſecundum longitudinem ſulcato, osſiculo plano, cum Perſicæ fructuum osſicula rugoſa ſint, à Malo Perſica differt.

3. *Perſica Malus*, Foliis longis anguſtis, fructu ſubrotundo, ejusque osſiculo rugis & ſulcis profundioribus exarato, à Malo Armeniaca diſtinguitur.

3. *Amygdalus* à Perſica, cui aliàs perſimilis eſt, differt fructu oblongo compreſſo, ejusque callo pulvinato, minus ſpiſſo & per maturitatem ſicciore, osſiculo longiore, lævi & ſcrobiculis inſculpto.

4. *Moſchata Nux*, à reliquis hujus generis differt triplici fructus integumento, nucleo ovato, exterius rugoſo, pulpa interiore venis flavo-rubentibus variâ, aromaticâ.

2. *Fructuum pediculis mediæ longitudinis.*

1. *Prunus*, Fructûs pulpâ molli, tenui & glabra tunicâ veſtiti, osſiculo oblongo aut ovali compreſſo utrinque acuminato, unico intus nucleo ab aliis arboribus differt.

2. *Ziziphus*, Foliis trinervibus, floribus herbaceis vel luteolis, fructu olivari ſeu ovato, pediculo brevi inſidente, osſiculo intus

intus in duo loculamenta diviso, in quorum singulis unum semen continetur, a reliquis hujus generis distinguitur.

3. *Fructuum pediculis longissimis.*

1. Cerasus, Folio majore lucido, pediculis fructûs longis, fructu ipso breviore & ad basin latiore, subrotundo aut cordato, osiculo pariter breviore, tumidiore & subrotundo à Pruno aliisque differt.

2. *Lotus arbor* seu Celtis differt à Ceraso foliis Urticæ quodammodo similibus, fructibus in singulis foliorum alis singulis, cum in Ceraso plures ex eodem nodulo seu gemmâ erumpant, carne paucâ, osiculo velut quadripartito.

II.
Pruniferæ fructu racemoso.

1. *Nudo seu calyce non excepto.*

1. Olea, Flore monopetalo, quadripartito, foliis perennibus, fructu racemoso, pulpâ liquore pingui scatente, osiculo duro, scabro, unicum intus nucleum claudente, ab aliis distinguitur.

2. *Azedarach*, cui Flores pentapetali, in quorum medio tubus exsurgit fimbriatus, stylum continens; fructus subrotundus carnosus nucem continens quinque costis canaliculatam & in quinque persæpe loculamenta divisam, in quorum unoquoque semen oblongum latitat.

3. *Macaleb* Fructus recemosus, Cerasi facie & nucleo, unde à D. *Tournefort* ad Cerasum refertur

4. *Padus Theophrasti*, nonnullis *Cerasus avium*, Folia ad Salicis latifoliæ potius quàm ad Cerasi folia accedunt; fructus racemosi Cerasis similes; osiculum tamen oblongum, scabrum, secus quàm in Cerasis.

5. *Lauro cerasus*, Fructu racemoso, osiculo longiore, tenuiore à Ceraso, foliis amplis crassis semper virentibus ab eâdem & aliis differt.

2. *Calyce excepto.*

1. Myxa sive *Sebesten*, Fructus Pruniformis, osiculo aliàs simplici aliàs triplici loculo, in quorum singulis singuli nuclei, donato, calice exceptus.

Præter *Sebesten* tres quatuorve in Horto Malabarico habentur Pruni Indicæ species cum fructu calyce excepto, quas vide sis Hort. Malab. pag. 1564 1565

2. *Cinnamomum*, *Canella* & *Cassia lignea* Foliis trinerviis, fructu calice excepto, glandis Quercinæ simili, cortice aromatico ab aliis arboribus facilè distinguitur.

PRUNI-

PRUNIFERÆ ANOMALÆ.

1. A *hovai*, cujus Characteristicæ, observante Clariss. *Plumerio*, Flos monopetalos, infundibuliformis multifidus; fructus carnosus quodammodo Pyriformis; osticulo fœtus fere trigono nucleum condente. D. *Tournefort.* cui pleniorem hujus fructûs notitiam debemus: antea enim osticulum pro fructu ingro habuimus.

2. Huc etiam referri potest *Acajou* seu *Cajous* arbor, quamvis osticulum fructûs seu nux pulpæ non includatur, sed summo pomo innascatur renis figurâ. Flos, observante *Plumerio* monopetalos est, velut infundibuliformis & multifidus; fructus turbinatus, mollis, cui adnascitur capsula renitormis, semine fœta ejusdem formæ.

3. *Saponaria* arbor, *Sapindus Plumerio* & *Tournefortio* dicta, cujus notæ, Flos rosaceus, plerumque tetrapetalos; fructus sphæricus, nuculâ fœtus pariter sphæricâ, nucleum condente ejusdem formæ.

Arbores

Quarum Flos basi fructus cohæret Fructu Humido Monopyreno Minore,

sive

BACCIFERÆ NON UMBILICATÆ MONOPYRENÆ.

1. *Viscus*, Planta est parasitica, alienâ quadrâ vivens, pulpâ baccæ glutinosâ, semine compresso cordato. Visci flores (notante *Tournefortio*), à fructu remoti sunt.

2. *Phillyrea*, Flore quadripartito, fructu & semine sphærico, foliis in caule binis oppositis ab Alaterno distinguitur, quam Botanici & Hortulani nostrates cum eâ confundentes, utramque indiscriminatim Phillyream denominârunt.

3. *Laureola* notæ, Flos herbaceus, è tubo oblongo in quatuor segmenta expansus; baccæ oblongæ, unico intus semine duro; folia semper virentia, in summis virgis densa, & in orbem velut diradiata.

4. *Chamelæa* seu *Thymelæa*, Flores monopetali quadripartiti; fructus carnosi semen continentes unicum, oblongum rotundumve, tunicâ cartilagineâ tectum.

5. *Rhamnus baccifer* Frutice est spinoso, fructu minore, pulpâ humidâ unicum intus semen claudente.

Multæ, præter suprascriptas, in Indiis habentur arbores Bacciferæ monopyrenæ non umbilicatæ, quas vide sis Hist. nost. pag. 1593. 1594. & seqq.

Arbores quarum Flos basi Fructus cohæret
Fructu Polypyreno, hoc est, plura uno semina continente,
Pulpâ Humidâ semina ambiente, Pomo Majore,

seu

POMIFERÆ NON UMBILICATÆ.

I.

Fructu Corticoso, pulpâ in plurimos lobos vesiculis comprehensos divisâ.

1. *Aurantia Malus*, Foliis ad basin duabus utrinque appendicibus ceu lobis in cordis formam incisis, fructu rotundiore & depressiore, per maturitatem aureo, succo mitiore & minus acido à Citriâ & Limoniâ malo differt.

2. *Citria Malus* appendicibus illis foliorum caret, estque fructu majore, longiore, pallidiore, cortice crassiore, quàm Aurantia.

3. *Limonia Malus*, Fructu minore, cortice tenuiore, pulpâ copiosiore, succo acidiore à Citriâ differt.

4. *Malus Adami* Figura & colore Pomi cum Aurantiâ convenit, differt quòd appendicibus illis ad basin folii careat.

II.

Fructu Squamoso aut reticulato, conoide, pulpâ admodum molli.

Anona, cujus variæ species, variis nominibus *Araticu*, *Durionis*, *Guanabani &c.* insignitæ, in Indiis occurrunt.

III.

Fructu Cortice duro, tecto.

Cucurbitifera Arbor Indica, cujus itidem variæ species; quas vide in Historiâ nostrâ Plantarum pag. 1667. & seqq.

2. *Cacao*, cujus notas ex observatione Clariss. *Plumerii* D. *Tournefortius* exhibet sequentes. *Flore est* (inquit) *rosaceo, plurimis scilicet petalis constante, ex cujus calyce multifolio surgit pistillum, tubi cujusdam multifissi laciniis cinctum, quod demde abit in fructum Cucumeriformem, striatum, seminibus fœtum in quinque ut plurimum acervulos collectum, oblongos, in mucilas velutti Amygdalas fissiles.*

Arbores & Frutices,

Quarum Flos basi fructus cohæret, Fructu Polypyreno, pulpâ per maturitatem Humidâ, Pomo Minore,

seu

BACCIFERÆ NON UMBILICATÆ POLYPYRENÆ.

I.

Fructu dipyreno.

1. *Asminum*, Flore ex oblongo tubo in quinque lacinias totidem folia imitantes expanso, perquam odorato, foliis pinnatis, baccâ dicoccâ ab aliis fruticibus distinguitur.

Dantur hujus species baccâ monopyrenâ ovali, autore D. *Tournefortio.*

2. *Ligustrum*, Floribus racemosis albis è tubo simplici in quatuor folia expansis, baccis nigris, dipyrenis; viminibus lentis, à reliquis differt. Baccæ à duobus ad quatuor semina continent adnotante D. *Tournefortio.*

Ego in eodem plantæ genere certum aliquem numerum seminum naturalem esse existimo, si modò fructus non est polyspermos.

3. *Frangula* notæ, Folia lata, subrotunda Alni; baccæ nigræ, in quibus grana bina compressa, Lentibus minora.

4. *Berberis*, Spinis est acutis, foliis ex rotunditate oblongis, argutè denticulatis, fructu parvo oblongo rubro acido, racematim nascente: Flores hexapetali lutei, globosi.

II.

Fructu tripyreno.

Alaternus, Foliis in ramis & surculis alterno ordine sitis, baccis tricoccis à *Phillyreâ* differt.

Fructu

III.

Fructu tetrapyreno.

1. *Vitis vinifera*, cujus notæ sunt, Capreolis scandere, fructum in racemis, ex acinis polyspermis compositis, succulentum, ex quo exprimitur generosus ille liquor *Vinum* dictus, proferre. Gigarta seu vinacea ferè Pyriformia sunt, superiore extremo majore & subrotundo, inferiore angusto.

Quis sit in singulis uvis naturalis vinaceorum numerus mihi nondum certo constat, quia quascunque vidi uvæ è vitibus cultis decerptæ sunt, quæ sylvestribus pro ubertate soli pauciores vinaceos obtinent: existimo tamen quaternarium esse.

2. *Euonymus*, Ramis junioribus ob quatuor linearum rufarum extantium decursum quadrangulis apparentibus, fructu quadrangulo tetraspermo ab aliis differt. Fructus adeò paucam habet pulpam, ut bacca dici vix mereatur. Flos plerumque tetrapetalos est è calice quadripartito.

3 *Agrifolio* Folia in ambitu longis, acutis, rigidis spinis armata; Baccæ parvæ, rotundæ, rubræ, quaterna semina triquetra striata continentes.

4. *Rhamno cathartico* Folia Pruni; flos monopetalos è tubo brevi in quatuor folia seu segmenta expansus; Baccæ per maturitatem nigræ, cum quatuor intus seminibus simul junctis, dorso rotundo, cortice velut cartilagineo tectis.

IV.

Fructu polypyreno.

1. *Cappari* Flos quadrifolius grandis è calice pariter quadrifolio; fructus in extremo stylo, secundum *Tournefortium* Pyriformis (quem nos nacti sumus suppeditante *D. Dale*, potius Cucumeriformis erat) carne seu pulpâ suâ semina aliquot continens Cæterum non figurâ tantum, sed etiam exteriore callo, & carne interiore, seminibus sparsis, Pomiferam herbam referebat.

2. *Arbutus*, Arbor χαμαιδουνκος. flore urceolari insignis; fructu carnoso, eduli, in quinque loculamenta partito, in quorum unoquoque placenta habetur, seminibus aliquot adnascentibus onusta. *Tournef.*

3. *Guajacum Patavinum*, Flos calycis aut scyphi figurâ, supernâ parte expansus, in fundo perforatus, & pistillum excipiens;

piens; fructus Pruni ſylveſtris magnitudine, depreſſus, calicis foliis ad baſin circumdatus; ſemina in medio in circulum diſpoſita, dura.

4. *Styrax*, Fructus Avellanæ magnitudine, cortice carnoſo ſupremum Amygdalæ putamen referente, nuce intus oſſeâ capite rotundo baſi planâ (duabus tribusve nucibus *Tournefortio*) in quarum unaquaque nucleus unicus medulloſus.

5. *Uva Urſi*, Flos urceolaris; bacca rotunda, quinque intus oſſiculis, ad modum Melonis ſeminum diſpoſitis. *Tournef.*

V.

Fructu ad unumquemque florem è pluribus acinis compoſito.

Rubus, Flos pentapetalos è calice quinquepartito cum multis intus ſtaminibus; baccæ ex confertis acinis monopyrenis compoſitæ.

Arbores

Quarum Flos imo fructui cohæret

FRUCTU SICCO NON SILIQUOSÆ.

In hanc classem conjeci omnes Arbores & Frutices qui fructum gerunt siccum non umbilicatum cujuscunque structuræ, exceptis Siliquosis.

I.

Arbores

Fructu per maturitatem sicco vasculis seminalibus, alis membranaceis auctis.

1. *Acer*, cujus notæ, Folia laciniata aut angulosa; semina bina juncta, vasculis duris, membranis extantibus alatis, inclusa.

2. *Fraxinus*, cujus notæ Folia pinnata; folliculi membranacei oblongi, semine extremum inferius seu quod ad pediculum est occupante, non ante Autumnum maturo; flosculi staminei, congesti, ante folia erumpentes & brevi evanescentes.

Datur etiam Fraxini species, florida dicta. Unusquisque flos componitur ex quatuor petalis longis, angustissimis albis cum stamine in medio duobus apicibus obtuso-rotundis coronato. Quæritur an non flores Fraxini vulgaris ejusdem structuræ sint, sed minores?

II.

Miscellaneæ.

1. *Laurus*, notæ Flos monopetalos quinquepartitus; bacca sub cortice exteriore tegumentum corneum seu durum cum uno intus semine continens.

2. *Staphylodendron*, notæ Flores racemosi, pentapetali; fructus vesicula in duos aut tres loculos divisa, nuces continentes calvariæ figurâ.

3. *Tilia* ligulis foliaceis oblongis communi flosculorum pediculo adnascentibus, floribus pentapetalis, fructu parvo, rotundo, lignoso, monococco, innotescit.

Cavi-

Cavitatem internam unum aut duo semina continere scribit *Tournefortius*.

4 *Vitex* Folio digitato Cannabis æmulo, fructu rotundo tetraspermo, viminibus lentis, floribus monopetalis tubulosis, in spicas dispositis ab aliis arboribus distinguitur.

5. *Tamariscus*, Folia Cupressi seu Ericæ vulgaris; flores spicati pentapetali è calice pentaphyllo; pericarpia mucronata, racematim conferta, & in tres carinas per maturitatem dehiscentia, multa semina lanugine sericeâ involuta, continentia.

Tournefort capsulam in duas partes dehiscere scribit.

6 *Paliurus*, Spinæ longæ acutissimæ; fructus petasoides, pulpâ intus fungosâ osiliculum durum continens trispermum, hoc est tribus conceptaculis cum singulis in unoquoque seminibus, donatum.

7. *Spiræa Theophrasti*, notæ Flos pentapetalos; fructus è pluribus siliquis seu vaginis compositus, quarum unaquæque semina aliquot compressa continet.

Tournefortius, & rectè, huc refert Anonymon Ribesii foliis *Icon. Robert.*

8. *Hedera trifolia Canadensis*, Toxicodendron *Tournefortii* notæ Flos pentapetalos roseus; fructus rotundus, membranaceus, calyculatus, sub cortice suo semen claudens, plerumque irregulare.

9. *Chamelæa tricoccos*, Flore est tripetalo, vel in tres lacinias secto; fructus è tribus velut nucibus duris junctis componitur, in quibus totidem semina oblonga latitant

10 *Erica*, notæ Statura humilis, folium perpetuum; flos nudus & plerumque urceolaris; vasculum seminale in imo flore, ceu calice, clausum; in sterilibus squalidis, aut palustri & spongioso solo vigere. *Tournefortius* multas ex his notis carpit, immeritò me judice.

11. *Cotinus*, notæ Semina compressa rubentia, lenticulis æqualia, obiter disposita in cymis tenuissimorum, sed rigidorum filamentorum, latè diffusis pilis plumatim obsitis quæ ex summis ramulis oriuntur.

Flos pentapetalos roseus. *Tournef.*

12. *Lilac* seu *Syringa cærulea*, notæ Flores racematim compacti, è tubo oblongo in quinque segmenta expansi. Fructus siliqua est compressa, vix uncialis, hastæ cuspidi similis, bivalvis, in duas cellas per dimidium in utrâque valvâ intersepimentum divisæ, in quibus latitant semina longa, compressa, foliacea, tenuia.

13. *Philadelphus* Athenæi seu *Syringa alba*, notæ Flos pentapetalos, rosaceus; fructus subrotundus, qui à vertice in quatuor

tuor partes aperitur, & in totidem cellas dividitur, seminibus tenuibus repletas.

14. *Ulmus*, Fructu præcoci, folliculis membranaceis seu foliaceis compressis, velut Atriplicis, singulis singula semina continentibus innotescit.

Tournefortius non semina sed capsulas seminales membranaceas pyriformes esse scribit, singula semina continentes.

15. *Chamærhododendros*, *Ledum* seu *Balsamum Alpinum*, notæ Flos tubulosus in quinque segmenta expansus; fructus quinquecapsularis, singulis capsulis secundum longitudinem dehiscentibus, & semina minutissima effundentibus.

16. *Rhus*, notæ Folia pinnata; flores & fructus racematim digesti; fructus orbiculati compressi, membranaceo involucro semen unicum ejusdem cum capsulâ figuræ continentes.

17. *Thea*, è cujus foliis decoctis insignis ille potus efficitur, foliis Spirææ, floribus Cisti, fructu tricocco ab aliis arboribus distinguitur.

Arbores

Flore imo fructui cohærente,

SILIQUOSÆ

FLORE NON PAPILIONACEO.

Formæ variæ.

I.

Flore stamineo.

p q. in vna m: in many. Siliqua arbor seu *Ceratonia* & *Caroba*, Flos quinque staminibus è calicis incisuris mediis ortis constat. Calix autem in quinque partes dividitur. Siliqua plana carnosâ substantiâ constans, esculenta, fossulis aliquot transversis excavatur, in quarum unâquâque unum reperitur semen compressum.

II.

Flore monopetalo quinquepartito.

p: 3: a m: 3 in mind. Nerion sive *Oleander*, notæ Flos speciosus, siliqua & semen Apocyni, lanugine seu pappo adhærente alatum. *Flore præterito* (inquit D. *Tournefort*) *stylus in siliquam evadit, ferè cylindricam, è duabus thecis compositam sibi mutuo adhærentibus quamdiu semen viride est & immaturum, verum à se invicem abscedentibus cum illud maturuit.*

III.

Flore pentapetalo.

1. Sena, Hujus notas characteristicas facit *Paulus Hermannus*; *stamina falcata è flore exserta; semina in siliquis bivalvibus unicapsularibus, quasi per articulos junctis*, vinaceis similia.

2. *Cassia fistula*, notæ Siliqua teres seu cylindrica, prælonga, cortice lignoso, non bivalvis, sed diaphragmatis sive orbiculis bivalvibus intercepta, substantiâ medullosâ cathartica repleta, semine in unaquaque cellulâ contento unico, compresso, subrotundo.

Flore

IV.

Flore polypetalo.

T*amarindus*, cujus notæ, (obſervante Clariſſ. *Tournefortio*) *Flos roſaceus, plurimis petalis in orbem poſitus conſtans; calix multifidus, ſiliqua compreſſa, aliam condens ſemine fœtam plano, ut plurimum angulato: intervallum autem, quod inter duas ſiliquas occurrit, pulpâ turget plerumque nigrâ & acidâ.*

V.

Floribus in globulum coactis.

1. A*cacia*, notæ Folia decompoſita ſeu ramoſa; flores in ſphæricam globuli rotunditatem compoſiti; ſiliquæ in loculamentis transverſis ſingulis ſingula ſemina continentes.

2. *Mimoſa* ſeu *Æſchynomene* & Senſibilis planta, cujus etiam folia decompoſita ſunt, flores pariter in globulum coagmentati. Siliquæ & ſemina in hoc genere variant: in nonnullis enim ſpeciebus ſiliquæ velut articulatæ ſunt; ſemina in nonnullis, ut in *Planta humili* dicta, rotunda ſunt & compreſſa, in aliis oblonga. Omnibus commune eſt, folia habere Filicinorum in modum hinc inde mediæ coſtæ adnexa, quæ ad tactum contrahuntur ſeu ad ſe mutuo accedunt, remoto digito abſcedunt paulatim & expanduntur imo, quod mireris, ad acceſſum digiti, quamvis non tangas, ſe contrahunt.

Arbores

Flore imo fructui coharente,

SILIQUOSÆ
FLORE PAPILIONACEO.

I.

Foliis simplicibus,

1. *Frutice non spinoso.*

1. Siliqua *sylvestris* sive *Arbor Judæ*, notæ Folia circinatæ fere rotunditatis Asari sed majora, alternatim in ramulis nascentia; flores structuræ peculiaris, folia etenim lateralia Alæ dicta, folium superius seu vexillum superant, præter aliorum hujus generis normam; præterea folium inferius è duobus foliis seu mavis partibus penitus separatis componitur; Siliquæ longæ, compressæ, membranaceæ.

2. *Genistella*, notæ Statura humilior, siliqua compressa, semen reniforme, folia alterna, aut radiatim ad intervalla ramulos cingentia.

3. *Crotalaria*, notæ Folia singularia & secundum ramulos alternatim nascentia; siliquæ tumidæ & inflatæ, teretes, ut plerarumque Anonidum, à quibus differt foliis simplicibus, ut siliquis inflatis à Genista.

4. *Spartium* vulgare altitudine suâ & viminibus junceis à Genistellâ differt. Dantur in hoc genere species quædam siliquâ monospermâ, è quibus genus distinctum facit D. *Tournefort*: Spartio autem vulgari Genistæ nomen imponit cui adjungit Genistæ tinctoriæ aliquot species.

2. *Frutice spinoso.*

1. Nepa Theophrasti seu *Genista spinosa*, Tota ex aculeis densissimis fere componitur; folia enim post exortum brevi decidunt.

2. *Genista-spartium* paucioribus & rarius sitis aculeis à *Nepa* differt, nec pariter viridibus & folia imitantibus.

3. *Erinacea* à spinarum situ spinas Erinacei imitantium dicta est, ex quo hoc genus cognoscitur.

Foliis

II.

Foliis compositis.

1. Trifoliis.

1. Anagyris, notæ Odor fœtidus; flores è foliorum finubus bini, terni aut quaterni simul exeuntes, figurâ, observante D. *Tournefortio*, peculiari, siquidem folium superius multo brevius est reliquis.

2. *Laburnum*, cujus notæ, statura & magnitudo insignis; flores plures simul velut in racemo dependentes.

3. *Cytisus*, cui Statura humilior, & magnitudo minor, seliqua compressa.

4. *Genista vulgaris* à Cytiso differt viminibus angulosis, tenuibus, densis, virentibus.

Cytiso-genistam hanc appellat *Tournefortius* & à Cytiso atque Genista diversam esse scribit, quòd foliis sit partim singularibus, partim ternis.

2. Multifoliis seu pinnatis.

a. Non spinosa.

1. Colutea vesicaria, Siliquis vesicæ in modum turgidis & velut inflatis ab aliis distinguitur.

2. *Colutea Scorpioides*, Emerus *Cæsalp.* Quo nomine *Tournefortius* ad homonymiam vitandam & clariorem distinctionem utitur, siliquis gracilibus à præcedente genere differt; à Galegâ, quod hæc frutex sit, illa herba.

3. *Coronilla* à situ florum dicta quam Botanici vulgò ad præcedens genus seu Coluteam Scorpioidem referunt. *Tournefortius* ex eâ peculiare & distinctum genus facit, nec præter rationem. Non florum tantum situ sed præcipuè siliquis articulatis ab eo differt.

4. *Barba Jovis*, notæ Siliqua valde curta & ferè ovalis, unicum plerumque semen continens. *Tournef.*

Ab omnibus siliquosis in eo differt (inquit D. Rivinus) *quòd siliquæ illius extissimæ non constent more aliorum bivalvium valvis æqualibus; etenim latera earundem à se invicem non discedunt, sed fundus angustior à reliquâ siliquâ pœne integrâ & quasi univalvi.*

b. *Spinosæ.*

Acacia Americana vulgo dicta seu Pseudo-Acacia à Glycyrrhiza differt quòd arbor sit, Glycyrrhiza autem herba.

III.

Arbores siliquosæ flore Papilionaceo, Foliis ramosis.

Coral Arbor seu Corallodendron *Tournef.* Floris *vexillum*, eodem adnotante, *longissimum est ensiforme, alæ & carina brevissima. Ex floris autem calice surgit pistillum teres, membranâ fimbriatâ obvolutum quod deinde abit in siliquam velut nodosam bivalvem, seminibus fœtam quasi reniformibus.*

Arbores

Arbores

ANOMALÆ.

Ficus ab aliis omnibus arboribus differt, quòd florem habeat vel nullum, vel intra fructum occultatum, ut fructus quasi inversus sit. *Fructus* enim, *Cordo* notante, *cum ad mediam magnitudinem pervenerint, intra se flores concipiunt, figurâ confertis staminibus similes, colore in candido purpurascentes, è carne exeuntes & ad mediam fructus cavitatem se dirigentes quibus singula minutaque succedunt semina, flava, leniter compressa Milioque similia, unde etiam κεγχρεαρίδες a Græcis dicuntur.*

Tournefortius unumquodque stamen seu filamentum involucro cuidam, granum recens compressum plerumque ac subrotundum tegenti, adnexum esse scribit.

FINIS
METHODI PLANTARUM.

JOANNIS RAJI
METHODUS
GRAMINUM,
JUNCORUM
ET
CYPERORUM
SPECIALIS.

PRÆFATIO.

Cum Graminum ſpecies numeroſiſſimæ ſint, multitudo autem, ni ordinate diſponatur, confuſionem pariat; Botanices ſtudioſis rem nec ingratam nec inutilem me facturum exiſtimavi, ſi Gramina ad genera aliquot notis certis & characteriſticis a ſe invicem diſcreta reducerem: ad claram & diſtinctam eorum cognitionem acquirendam. Nam ut in acie bene ordinatâ militem quemcunque invenire facillimum eſt, ſi ſciamus ad quam cohortem & centuriam pertineat, quod in confusâ multitudine fere impoſſibile eſſet; Sic & ſpeciem quamvis Graminis oblatam in Methodo, qualem dixi, inveſtigare non difficile fuerit, ſi noverimus ſub quibus ſignis militet, hoc eſt cujus generis & ſpeciei notas characteriſticas obtineat.

Exercitatiores Botanici fortaſſis Methodum hâc noſtrâ convenientiorem invenire poſſent. Verum cum nemo id hactenus præſtiterit, noſtra interim Rei Herbariæ ſtudioſis, præſertim Tyronibus, uſui alicui eſſe poterit. Qui operam non pœnitendam nos ſumpſiſſe ut magno eos labore levaremus, & veniam ſaltem, ſi non & gratias meruiſſe, agnoſcent.

GRAMINA.

Gramina, nomen illud latissimè accipiendo, ut *Cyperum* & *Juncum* amplectatur, sunt vel foliis *crassis* & fungosâ medullâ repletis, quæ *Junci* dicuntur; Vel foliis tenuioribus seu membranaceis nervosis & structuræ herbaceæ, quæ caulis respectu dividi possunt in caule *triquetro* donata, cujusmodi Gramina, Cyperoide & Cyperi denominantur, & caule *tereti*, geniculato, plerumque concavo instructa, ad cujus singula geniculla singula adnascuntur folia, basi sua (in *Europæis* saltem) caulem amplectentia, *Culmifera* dicta.

Culmifera fructûs respectu dividi possunt in *Spicata* & *Paniculata*.

Spicam vocamus corpus oblongum, vel ex glumis & granis singularibus, vel ex horum agminulis scapo medio, vel proximè, vel pediculo brevissimo intercedente adnexis compositum, caulem terminans.

Gramina spicata, à similitudine Spicarum cum Frumentaceis aliisve rebus notissimis in varia dividuntur genera; nimirum *Triticea*, *Secalina*, *Hordeacea*, *Panicea*, *Loliacea*, *Phalaroide*, *Alopecuroide*, *Typhina &c.*

GRAMINA SPICATA.

I.

Spicâ simplici.

1. *Gramina Triticea.*

Horum Spicæ Triticeam imitantur, quadratæ quodammodo, & è pluribus granorum & glumarum agminulis compositæ.

1. Gramen caninum spicâ Triticeæ aliquatenus simili. Gramen caninum arvense seu Gramen Dioscoridis & Officinarum *C. B.*
2. Gramen caninum non repens elatius, spicâ aristatâ *D. Bobart.*.
3. Gramen caninum maritimum spicâ Triticea nostras. maritimum vulgato canario simile *Park. Lob. Illustr.*
4. Gramen latifolium spicâ Triticeâ compactâ *C. B.*
5. Gramen latifolium spicâ Triticeâ divulsa *Ejusd.*
6. Gramen angustifolium spicâ Triticeâ compactâ *Ejusd.*
7. Gramen angustitolium spicâ Tritici muticæ simili *Ejusd.*

2. *Gramina*

2. *Gramina Secalina.*

Ad hoc genus pertinent Gramina vulgo *Hordeacea* dicta, quorum ſpica Secalinam potius quam Hordeaceam refert.

1. Gramen Secalinum & Secale ſylveſtre *Johnſoni* apud *Ger.* Hordeaceum minus & vulgare *C. B.*
2. Gramen Secalinum pratenſe & elatius *Hiſt. Oxon.*
3. Gramen Secalinum paluſtre & maritimum *Nobis.*
4. Gramen Secalinum majus ſylvaticum *D. Bobart.*
5. Gramen Secalinum bulboſum ex Aleppo *C. B. J. B.*
6. Gramen ſpicâ Secalinâ *C. B.*
7. Gramen Secalinum latifolium maritimum ſive Sparteum ſpicatum latifolium *C. B.*
8. Gramen Sparteum ſpicatum foliis mucronatis, vel ſpicâ Secalinâ *C. B.*
9. Gramen Sparteum maximum maritimum Hollandicum ſpicâ Secalina *Nobis.*

Nota. Gramen Hordeaceum propriè dictum nullum novi.

3. *Gramina Loliacea.*

Lolii ſpica ſtrigoſa lata compreſſa, è glumarum & granorum fragminulis alternatim ſcapo medio adnatis & in eodem plano jacentibus compoſita eſt.

1. Gramen Loliaceum latifolium ſpicâ anguſtiore *C. B.*
2. Gramen Loliaceum vulgare, anguſtiore folio & ſpicâ *C. B.* Lolium rubrum ſive Phœnix.
3. Gramen Phœnicoides, foliis convolutis, junceis ac pungentibus *J. B.*
4. Gramen parvum marinum ſpicâ Loliacea *Ger. emac.*
5. Gramen Loliaceum minus ſpicâ ſimplici *C. B.*
6. Gramen Loliaceum ſupinum minus, ſpicâ multiplici *Ejuſd.*
7. Gramen Loliaceum corniculatum *Tournefort Hiſt. Plant. Paris.*

4. *Gramina Panicea.*

Panici ſpica è multis plerumque ſpicis partialibus ſcapum undique obſidentibus componitur.

1. Gramen Paniceum ſpicâ ſimplici lanuginoſâ maritimum, ſive Gramen Alopecuroides minus ſpicâ longiore *C. B.*
2. Gramen Paniceum ſpicâ ſimplici, ἐλυμαγρωϛις *C. B.*
3. Gramen Paniceum ſpicâ ſimplici aſperâ *Ejuſd.*

4. Gramen

4. Gramen Paniceum ſpicâ divisâ, idemque ſpicâ ariſtis circumvallatâ *C. B.*
5. Gramen Paniceum Anglicum paludoſum. Alopecuroidis ſpecies habetur.
6. Gramen Paniceum ſpicis nigris *C. B.*

5. *Gramina Phalaroide.*

Horum ſpicæ è glumis ſquamatim incumbentibus & granis conſtant.

1. Phalaris major annua ſemine albo *C. B.*
2. Phalaris major ſemine nigro *Ejuſd.*
3. Phalaris perennis major, radice nodoſa *D. Bobart.* Gramen Phalaroides perenne radice tuberosâ *Moris Præl.*
4. Gramen Phalaroides, ſpicâ longâ pyramidali Sherardi *Hort. Oxon.*
5. Gramen Phalaroides Luſitanicum *Hiſt. noſt.*
6. Gramen Phalaroides minus ſive Hiſpanicum *C. B.*

6. *Gramina Alopecuroide.*

A ſpica molli ſericeâ, caudam vulpinam referente dicta ſunt.

1. Gramen Alopecuros ſpicâ rotundiore, Ἀλωπέκης Θ. Theophraſti *C. B.*
2. Gramen Alopecuros altera *Lob. J. B.*
3. Alopecuros altera maxima Anglica paludoſa *Ger.* Graminis panicei potius ſpecies eſt.
4. Gramen Alopecuroides majus, ſpicâ longiore *C. B.*
5. Gramen tomentoſum ſpicatum *C. B.* Alopecuros ſpicâ longâ, tomentosâ candicante *J. B.*
6. Gramen Alopecuro ſimile glabrum, cum pilis longiusculis in ſpicâ, Onocordon denominatum *J. B.*
7. Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum *C. B.*

Gramen Myoſuroides ſpicæ anguſtiâ ab Alopecuroide differt.

1. Gramen cum caudâ muris purpuraſcente *J. B.*
2. Gramen myoſuroides minus ſpicâ breviore ariſtis recurvis *Nobis.*

7. *Gramina Typhina.*

Ab Alopecuroidibus differunt ſpicâ aſperiore, Ariſtis bicornibus.

1. Gramen Typhoides maximum, ſpicâ longiſſimâ *C. B.*
2. Gramen cum caudâ muris minus *J. B.* aſperum primum *C. B.*

3. Gramen

3. Gramen Typhinum maritimum minus *Nobis*.

Huc pertinere videtur Gramen ſupinum aculeatum *C. B.*

Graminis Typhini duas ſpecies novimus, quarum ſquamæ ſpicas componentes bicornes non ſunt, nempe Gramen Typhinum maritimum minus *Synopſ. noſtr.* obſervante *D. Dale* & Gramen ſpicatum inſtar limæ dentatum *Hort. Cath.* ideoque nota præcipua, quâ a Gramine Alopecuroide diſtinguitur, eſt ſpicæ aſperitas.

8. *Gramina Echinata ſeu Aculeata.*

1. Gramen ſpicâ ſubrotundâ echinatâ *C. B.*
2. Gramen ſpicâ planâ echinatâ *Ejuſd. Theat.*
3. Gramen caninum marinum ſpicâ echinata *C. B.*
4. Gramen echinatum maximum ſpicatum locuſtis craſſioribus tribuloidibus virginianum *Hiſt. Oxon.* Part. 3.
5. Gramen echinatum maximum ſpicâ rubrâ vel alba *Sloan. Cat. Jamaic.*
6. Gramen maritimum echinatum procumbens, culmo longiore, ſpicis ſtrigoſioribus *Ejuſd. ibid.*

9. *Gramina Criſtata.*

1. Gramen pratenſe criſtatum ſive ſpicâ criſtata lævi *C. B.*
2. Gramen criſtatum quadratâ ſpicâ *Nobis.*
3. Gramen ſpicâ criſtatâ ſubhirſutum *C. B.*

10. *Gramina Avenacea Spicata.*

1. Gramen Avenaceum montanum, ſpicâ ſimplici, ariſtis recurvis *Nobis.*
2. Gramen Avenaceum dumetorum ſpicatum.

Hujus ſpicæ e locuſtis ſquamoſis alternatim medio ſcapo adnatis Lolii ad inſtar ſitis componitur.

11. *Gramina Spica Simplici Singularia & ſui Generis.*

§. Gramen pratenſe ſpicâ flaveſcente *C. B.* Gramen vernum ſpica brevi, laxâ *Nobis.* Gramen anthoxanthon ſpicatum *J. B.*

§. Gramen ſpicatum montanum aſperum *Nobis.*

§. Gramen parvum montanum, ſpica craſſiore purpuro-cærulea brevi *Nobis.* vid. *Synopſ. Stirp. Brit.*

§. Gramen minimum ſpicâ brevi habitiore noſtrum. *ibid.*

§. Gramen

§. Gramen pratense spicâ purpurea ex utriculo prodeunte, vel Gramen folio caulem amplexante C. B.

II.

Gramen Polystachion seu multiplici spicâ.

1. *Spicis velut in digitos explicatis, Dactyloides & Ischæmum dictum.*

1. Gramen dactylon esculentum *C. B.* Gramen Mannæ esculentum *Ger. Lob.*
2. Gramen dactylon annuum folio latiore *C. B.* Dubitat *J. Bauhinus* an hoc à præcedente aliter quàm culturâ differat; nec præter rationem inquit *D. Tournefort.*
3. Gramen dactylon perenne, folio arundinaceo majus *C. B.*
4. Gramen dactylon folio arundinaceo minus *C. B.*
5. Gramen dactylon *Ægyptiacum* C. B. *Nejemelmsalib* sive Gramen crucis Alpino *J. B.*
6. Gramen dactylon *Africanum Park.* Ischæmum *Africanum* perenne *Lob. Illust.*
7. Gramen Ischæmon *Bermudense* speciosius, foliis brevibus obtusis *Pluk. Phyt.* Tab. 245.
8. Gramen dactylon *Indicum* esculentum, spicâ articulatâ *Ambrosin. Phytol.*
9. Gramen dactylon scoparium *C. B.* scoparium Ischæmi paniculis Gallicum *J. B.*
10. Gramen dactylon angustifolium, spicis villosis *C. B.*
11. Gramen dactylon *Indicum*, spicis villosis subrubescentibus. *Kouda-Pulu* Hort. Mal. Part. 12. Tab. 51.
12. Gramen dactylum plumosum, *Capûpuba Brasiliensibus Marcgr. Pison.*
13. Gramen dactylum alterum plumosum *Brasiliense Marcgr.*
14. Gramen dactylum altissimum *Brasilianum Marcgr.*
15. Gramen spica geminâ Millepedi simili *C. B. Theat.* Gramen δισαχυόφορον *Col.*
16. Gramen δισαχυόφορον seu bicorne *Boccon. Sic.*
17. Gramen dactylon *Siculum* multiplici paniculâ, spicis ab eodem exortu geminis *Nobis.*
18. Gramen dactylon orientale majus frumentaceum, semine Napi, *Caracan* Cingalensibus *Knox Itin.* Pag. 11. *Pluk. Phyt.* Tab. 91.
19. Gramen dactylo accedens, paniculâ è spicis numerosissimis strigosis erectis compositâ; è *Marilandia.*

20. Gra-

20. Gramen ischæmon ramosum, spicis tenuibus lanuginosis aristatis, strigosis, duabus plerumque simul è foliorum alis exeuntibus; è *Marilandia.*
21. Gramen dactylon bicorne tomentosum minus *Sloan. Cat. Jamaic.*
22. Gramen dactylon elatius, spicis plurimis tomentosis *Ejusd. ibid.* An *Kouda-Pullu* Hort. Mal. ?
23. Gramen dactylon, spicis gracilioribus, plerumque quatuor, cruciformiter dispositis *Sloan. Cat. Jam.*
24. Gramen dactylon bicorne, spicis purpurascentibus majus *Ejusd. ibid.*
25. Gramen dactylon bicorne, spicis purpurascentibus minus *Ejusd. ibid.*
26. Gramen dactylon bicorne minimum, cristis longis armatum *Ejusd. ibid.*
27. Gramen dactylon majus, paniculâ longâ, spicis plurimis, nudis crassis. *Ejusd. ibid.*
28. Gramen dactylon Alopecuroidis facie, paniculâ longissimâ, spicis plurimis tomentosis constante *Ejusd. ibid.*
29. Gramen dactylon, paniculâ longâ, è spicis plurimis gracilioribus, purpureis vel viridibus, mollibus constante *Ejusd. ibid.*
30. Gramen dactylon, paniculâ longâ, spicis plurimis gracilibus & longis *Ejusd. ibid.*

2. *Spicis unam partem spectantibus, crassis seu latis.*

1. Gramen pratense, spicâ multiplici rubra *Park.* Gramen [illegible]erum *J. B.*
2. Gramen Arundinaceum acerosâ glumâ nostras *Park.*
3. Gramen Arundinaceum acerosâ glumâ *Jerseianum D. Sherard.*

GRAMINA PANICULATA

Gramen paniculatum dicitur quod in summo culmo jubam gestat ramorum, e pluribus glumis & granis compositam.

Glumæ nunc binæ simul cum granis singulis binisve nascuntur, nunc plures unâ squamatim incumbentes, & spicas parvas componentes.

Particulas hasce, sive ex glumis binis & grano uno vel altero, sive ex pluribus squamosis constent, *Locustas* appellare liceat.

Sunto ergo Gramina Paniculata, paniculâ vel è *locustis simplicibus*, vel è *locustis squamosis* compositâ.

Locustæ cum simplices tum squamosæ sunt vel *Muticæ* vel *Aristatæ.*

Squamo-

Squamosæ Muticæ vel ex duobus tantum glumarum paribus componuntur, vel ex pluribus.

Quæ pluribus constant sunt vel *compressæ*, vel *teretes*.

Compressæ sunt vel *pendulæ* ut in Gramine *Phalaroide* seu Tremulo; vel *erectæ*, ut in Gramine *Avenæ* dicto seu *Erraticis*.

GRAMINA PANICULATA LOCUSTIS SIMPLICIBUS.

Gramina Paniculata locustis simplicibus sunt vel Maxima in hoc genere, paniculâ lanuginosâ, seu semine papposo, *Arundines* dicta, vel Minora.

I.

Maxima, paniculâ lanuginosâ,

seu

Arundines.

1. Arundo vulgaris vallatoria.
2. Arundo sativa sive Donax Dioscoridis *C. B.*
3. Arundo farcta Rheni Bononiensis Plinii *Zanoni.*
4. Arundo farcta vallium Ravennæ *Zanoni.*
5. Gramen tomentosum Arundinaceum.

II.

Minora.

1. *Locustis* Muticis.

a. *Paniculâ Miliaceâ.*

1. Gramen Miliaceum *Lob.*
2. Gramen Miliaceum Italiæ suavis saporis *D. Merret.*
3. Gramen Arundinaceum paniculâ Miliaceâ *C. B.*
4. Gramen montanum paniculâ Miliaceâ sparsâ *Eustal.*
5. Gramen Miliaceum, locustis minimis, paniculâ ferè Arundinaceâ, *Nobis.*
6. Gramen montanum Miliaceum minus radice repente *D. Sherard.*

b. *Paniculâ Avenaceâ.*

1. Gramen Avenaceum parvum procumbens, paniculis non aristatis *Nobis*.
2. Gramen Avenaceum nemorense, glumis rarioribus, ex fusco xerampelinis *Nobis*. sive Gramen Avenaceum locustis rarioribus *C. B.*
3. Gramen Avenaceum capillaceum minoribus glumis *C. B.*

c. *Paniculâ & Foliis lanuginosis.*

1. Gramen pratense paniculatum molle *C. B. Park.*
2. Gramen caninum paniculatum molle *Nobis.*
   Præcedenti persimile est.

d. *Singularia & sui Generis.*

§ Gramen serotinum arvense, paniculâ contractiore, pyramidali *Nobis*.

§. Gramen pratense serotinum, paniculâ longa purpurascente *Nobis*. Spicâ Lavendulæ *Merret.*

§ Gramen minus duriusculum *Ger.* minimum Monspeliense *J. B.*

§. Gramen exile duriusculum maritimum.

§. Gramen segetum altissimum, paniculâ sparsâ *C. B.* Capillatum *J. B.*
Capillatum dicitur quia pediculi, è quibus locustellæ dependent, tenuissimi sunt capillorum instar.
Hujus species habetur multò minor & humilior.

§. Gramen capillaceum, locustellis pennatis non aristatis *Nobis*.

§. Gramen arvense paniculâ crispâ *C. B.*
Hoc genus Graminis, ex sententia D. *Tournefort*, appellari debuisset Gramen paniculatum *proliferum*, siquidem ipsius panicula nihil aliud est quam congeries plurium bulborum minutissimorum, qui folia parva emittunt, nunc viridia, nunc purpurascentia, quæ pro floribus perperam habentur.

Gramen montanum Cambro-Britannicum spicâ foliaceâ gramineâ majus & minus huic persimilia sunt. Verum ob locum in summis Alpibus inter saxa, ubi præter Muscos nullæ aliæ plantæ nascuntur, forte differunt.

2. Gra-

2. *Gramina Paniculata Minora, Locustis simplicibus* Aristatis *paniculâ Avenaceâ.*

1. Gramen Avenaceum elatius, jubâ longa splendente *Nobis.*
2. Gramen nodosum Avenaceâ paniculâ *C. B.*
A præcedente diversum esse, secus quàm opinabar, ostendit *D. Bobart.*
3. Gramen Avenaceum pratense elatius, paniculâ flavescente, locustis parvis *Nobis.*
4. Gramen Avenaceum glabrum, paniculâ purpuro-argenteâ splendente *Nobis.*

GRAMINA PANICULATA LOCUSTIS SQUAMOSIS.

I.
Muticis.

1. *E duobus tantum squamarum paribus compositis.*

1. Gramen pratense minus seu vulgatissimum *Synops. Stirp. Brit.*
2. Gramen pratense paniculatum medium *Ejusd.*
3. Gramen pratense paniculatum maximum *Ejusd.*
4. Gramen paniculatum, maritimum vulgatissimum *Ejusd.*

2. *Locustis ex pluribus squamis compositis.*

a. *Minus elegantibus & tumidioribus.*

Gramen aquaticum majus *Ger.* Gramen palustre paniculatum altissimum *C. B.*

b. *Locustis elegantioribus compressis pendulis;* Phalaroide & Tremula *dicta.*

1. Gramen tremulum maximum *C. B.*
2. Gramen tremulum vulgare minus.
3. Gramen tremulum minus paniculâ parva *C. B.*
4. Gramen tremulum minus locustâ deltoide *Hist. Oxon.*
5. Gramen tremulum minus, paniculâ ampla, locustis parvis triangulis *D. Sherard.*

c. *Locustis Elegantioribus, compressis, erectis*, Gramen Amoris Ἐραγρωτις.

1. Gramen paniculis elegantissimis, sive Eragrostis major *C. B.*
2. Gramen amoris alterum, paniculis strigosioribus magisque sparsis *Nobis.*

d. *Locustis teretibus & longis.*

1. Gramen aquaticum cum longissimâ paniculâ *J. B.*
2. Gramen paniculatum elatius, spicis longis muticis squamosis *Nobis.*

II.

Gramina Paniculata Locustis Squamosis Aristatis.

1. *Paniculâ Avenaceâ* Festucæ *&* Bromi &c. *dicta.*

1. Festuca avenacea sterilis elatior *C. B.*
2. Festuca Avenacea sterilis spicis erectis *D. Boöart.*
3. Festuca Avenacea sterilis, paniculis confertis erectioribus, aristis brevioribus *D. Sherard.*
4. Festuca Avenacea hirsuta, paniculis minus sparsis *Nobis.* Vide *Synopf. Brit.*
5. Festuca Avenacea spicis strigosioribus è glumis glabris compactis *D. Dale.*
6. Festuca Avenacea, paniculis minus sparsis locustis oblongis, strigosis, aristatis, purpureis splendentibus *Synopf. Stirp. Brit.*
7. Festuca Avenacea dumetorum, paniculâ sparsâ *Nobis* ibid.
8. Gramen Avenaceum glabrum, paniculâ e spicis raris strigosis compositâ, aristis tenuissimis *Synopf. Stirp. Brit.*
9. Gramen Avenaceum glabrum, paniculâ purpuro-argenteâ splendente *Synopf. Stirp. Brit.*

2. *Pani-*

2. *Paniculâ ad Avenaceam non multum accedente.*

1. Gramen pratense paniculâ duriore laxa, unam partem spectante *Nobis*.
2. Gramen murorum spicâ longissimâ *Ger. emac.*
3. Gramen paniculatum minus præcedenti simile, paniculis angustis brevioribus unam partem spectantibus *Nobis*.
4. Gramen parvum præcox, paniculâ laxâ canescente *Synopf. Stirp. Brit.*
5. Gramen paniculatum, locustis parvis purpuro-argenteis annuum *Ejusd.*
6. Idem majus & perenne *D. Doody* ibid.
7. Gramen agrorum venti spica *Lob.*

Gramina Nemorosa Hirsuta, paniculâ junceâ.

Hæc inter Gramina & Juncos ambigunt.

1. Gramen exile hirsutum *Ger.*
2. Gramen hirsutum elatius, paniculâ juncea compactiore *Synopf. Stirp. Brit.*
3. Gramen nemorosum hirsutum vulgare *Ejusd.*
4. Gramen hirsutum nemorosum latifolium maximum *Ejusd.*

Gramina strictissimè dicta seu Culmifera *sunt*

- *Spicata*, quorum glumæ & semina in corpus oblongum stipata, caulem terminant, suntque Spicâ vel
  - *Simplici* & singulari, quæ à similitudine cum Frumentaceis aliisve rebus notissimis distingui solent in
    1. *Triticea.*
    2. *Secalina.*
    3. *Loliacea.*
    4. *Panicea.*
    5. *Phalaroide.*
    6. *Alopecuroide*, spicâ molli lanuginosâ, caudam vulpinam referente.
    7. *Typhina*, quæ ab Alopecuroidibus differunt spicâ asperiore, è squamis bicornibus plerumque compositâ.
    8. *Echinata*, seu aculeata.
    9. *Cristata.*
    10. *Avenacea.*
    11. *Miscellanea.*
  - *Multiplici*, Dactyloide & Ischæma dicta.
- *Paniculata*, quæ Locustis sunt vel,
  - *Simplicibus*, ex unâ, duabus, tribusve glumis, & uno vel altero grano compositis.
    - *Maxima* in hoc genere, *paniculâ lanuginosâ* seu *papposâ*; Arundo.
    - *Minora*, locustis
      - *Muticis*, foliis
        - *Lanuginosis*; Gramen lanatum *Dalech.*
        - *Lævibus*, paniculâ
          - *Miliaceâ.*
          - *Avenaceâ.*
          - *Singulari* & sui generis.
      - *Aristatis.*
  - *Squamosis*,
    - *Muticis*,
      - *Teretibus* ut in Gramine fluviatili.
      - *Compressis*,
        - *E duabus tantum squamarum paribus compositis*, Gramen pratense.
        - *E plurimis* squamis constantibus,
          - *Minus elegantibus*, Gramen arundinaceum.
          - *Elegantioribus*,
            - *Pendulis*; Gramen Phalaroides seu tremulum.
            - *Erectis*; Gramen Amoris.
    - *Aristatis*, paniculâ Avenaceâ.

JUNCI

JUNCI
ET
GRAMINA JUNCEA.

Juncus latissimè dictus caule & foliis crassis, fungosâ medullâ repletis à reliquis Graminibus differt.

Estque vel caule simplici enodi, *Juncus* stricte dictus, vel caule folioso, *Gramen junceum.*

I.

Juncus.

Juncus vel *spicatus* est vel *paniculatus.*

Spicatus spicas habet in summo caule squamosas, vel *singulares* vel *plures* coacervatas, sub singulis squamis singula semina triquetra continentes.

Paniculatus in jubâ aliàs diffusa, aliàs contractiore semina continet in capsulis triquetris plerumque plura.

1. *Junci Paniculati, capitulis non squamosis.*

1. Juncus capitulis Sorghi *C. B.*
2. Juncus acutus maritimus Anglicus *Park.*
3. Juncus acutus vulgaris *Park.*
4. Juncus lævis vulgaris paniculâ sparsâ nostras *Synops. nost.*
5. Juncus lævis vulgaris paniculâ compactiore *Ejusd.*

2. *Junci Spicati spicis squamosis.*

1. Juncus aquaticus maximus *Ger.*
2. Juncus aquaticus medius *Ejusd.*
3. Juncus capitulis Equiseti *Ger.*
4. Juncus capitulis Equiseti minor & fluitans *C. B.*

II.

Gramina juncea seu potius Junci caulibus foliatis.

1. Gramen junceum, folio articulato aquaticum *C. B.*
2. Gramen junceum capsulis triangulis minimum *Fjasl.*
3. Gramen junceum aquaticum, magis sparsâ panicula *Park.*

Reliqua Gramina Juncea dicta ob *junceam paniculam*, ut verb. gr. Juncus montanus palustris *Synopf. nost.* (cujus etiam caulis Junci instar farctus est) Juncellus omnium minimus *Synopf. nost.* Gramen bufonium Flandrorum *Park.* vel ob *caulem junceum* ut Gramen lanatum, vel Juncus Bombycinus *Park.* Gramen tomentosum vulgò dictum, Juncus Alpinus cum caudâ leporina, seu Schœnolaguros *J. B.* Plantæ sunt anomalæ; vel ad Gramina cum junceâ panicula, vel cum caule junceo referri possunt.

CYPERI

CYPERI
ET
GRAMINA CYPEROIDE.

Hæc vel *spicata* sunt vel *Paniculata*.

I.

Spicata.

1. *Spicis tantum Seminiferis, non Floriferis.*

a. *Simplicibus.*

1. Gramen Cyperoides palustre majus spicâ compactâ *C. B.*
2. Gramen Cyperoides spicis minoribus minusque compactis *Ejusd.*
3. Gramen Cyperoides spicatum minus spicâ divulsâ seu interruptâ *Synopf. nost.*
4. Gramen nemorosum spicis parvis asperis *C. B.*
5. Gramen Cyperoides, spicâ compressâ difficilâ D. *Halleri Synopf. nost.*
6. Gramen Cyperoides minimum Ranunculi capitulo rotundo *D Bobart. Synopf.*
7. Gramen Cyperoides minimum seminibus reflexis pilliformibus.
8. Gramen Cyperoides palustre elatius spicâ longiore [illegible] *Synopf. nost.*
   Hoc genus ad Cyperoide paniculata potius referendum videtur.

b. *Multiplicibus.*

1. Gramen Cyperoides, spicis pluribus, brevibus, mollibus in summo caule congestis.
2. Gramen Cyperoides ex monte *Ballon*, spicâ divulsâ *J. B.*
3. Gramini Cyperoidi ex monte *Ballon* similis spicâ totali e pluribus spicis compositâ *Synopf. nost.*
4. Gramini Cyperoidi ex monte *Ballon* simile, humilius, in maritimis & arenosis nascens *Synopf. nost.*

2. *Spicis*

2. *Spicis Floriferis simul & Seminiferis.*

1. Gramen Cyperoides cum paniculis nigris *J. B.*
2. Gramen Cyperoides majus angustifolium *Park.*
3. Gramen Cyperoides foliis Caryophylleis, spicis è rarioribus & tumidioribus granis compositis *Synops. nost.*
4. Gramen Cyperoides foliis Caryophylleis, spicis erectis sessilibus, è seminibus confertis compositis *Ejusd.*
5. Gramen Cyperoides foliis Caryophilleis, spicis oblongis, è longioribus pediculis pendulis *Ejusd.*
6. Gramen Cyperoides Polystachyon lanuginosum *Ejusd.*
7. Gramen Cyperoides Polystachyon flavicans, spicis brevibus prope summitatem caulis *Ejusd.*
8. Gramen Cyperoides Polystachyon majus spicis teretibus erectis *Ejusd.*
9. Gramen Cyperoides Polystachyon majusculum, latifolium, spicis multis longis strigosis *Ejusd.*
10. Gramen Cyperoides spicâ pendula breviore *C. B.*
11. Gramen Cyperoides spicâ pendula longiore & angustiore *C. B.*
12. Gramen Cyperoides spicis parvis, longissimè distantibus *Synops. nost.*
13. Gramen Cyperoides sylvarum tenuius spicatum *Park. Lob. Illustr.*
14. Gramen palustre echinatum *Ger. emac. J. B.*
15. Gramen Cyperoides angustifolium, spicis parvis sessilibus in foliorum alis *Synops. nost.*
16. Gramen Cyperoides spicis brevibus congestis, folio molli.
17. Gramen Cyperoides vernum minimum.
    A præcedente non multum differt.
18. Gramen Caryophyllatæ foliis, spicâ squamatâ *C. B.*
    Plantula est singularis, spicâ simplici, partim floriferâ, partim seminiferâ.

II.

Gramina Cyperoide Paniculata,

seu

Cyperi.

Hæc è summo paniculam emittunt vel è pluribus spicis tumidioribus confertis compositam, vel è pluribus spicis angustis compressis squamosis vel è pluribus locustis minoribus conflatam.

Horum species sunt

1. Cyperus longus radice odoratâ seu Cyperus *Officin.*
2. Cyperus rotundus litoreus inodorus *Lob. J. B.*
3. Gramen Cyperoides palustre paniculâ sparsâ majus *C. B.*
4. Cyperus longus inodorus sylv. *Ger.* Cyperoides altissimum, foliis & carinâ serratis *P. Boccon.*
   Caule est tereti, ideoque propriè dicta Cyperi species non est, sed ad Cyperum refertur quia toto habitu Cypero similis est. Paniculæ paleaceæ junceæ è foliorum alis & summo caule aliæ supra alias exeunt.
5. Gramen Cyperoides palustre leucanthemum *Synops. nostr.*
   Hæc species, si parva magnis componere licet, panicularum formâ & modo nascendi è foliorum alis præcedenti similis est.
6. Cyperus Gramineus Miliaceus *Ger.*

FINIS.

ADDENDA & EMENDANDA.

A D D E N D A.

Ad pag. 33. post ultimam lineam.

10. *Anemospermos.* Quod nomen occurrit in appendice ad Paradisum Batavum *D. Hermanni.* Eo vero novum genus designari, quod ad Tribum Herbarum Flore Discoide Radiato semine Papposo referendum sit, à Clarissimo Viro D. *Petro Hotton* didici, qui & semina transmisit. At cujus structuræ essent clare discernere non potui. Unde Notam Characteristicam hujus generis, quâ ab aliis hujus Classis distinguatur, investigare & definire nequivi.

Ad pag. 34. post genus 7.

8. *Coma Aurea.* Ex Solâ Linariâ Aureâ *Tragi* hoc genus constituit Clarissimus *Hermannus* in Floræ Lugduno-Batavæ editione secundâ, quam imperfectam reliquit, ejusque Characterem facit *Flores Discoideos in umbellæ formam dispositos & Folia numerosa alterna, angusta, viridia.* Huic stirpes aliquot Africanæ adduntur in Descriptione Rariorum Plantarum Horti Amstelodamensis Tomo 2. Inter eas, duabus folia lanuginosa aut tomentosa, uni etiam incana adscribuntur. Sunt & quæ florum discos singulares ferunt. Quæ omnes ut novo hoc genere comprehendi possint, ejus Characterem petam ex Floris colore aureo & Calyce latiusculo squamosoque sed ex squamis nec lucidis nec coloratis composito, quo differt ab Elichryso à quo, ut & à Gnaphalio, in hoc quoque differt quod ejus caules & folia discerpta in araneosa filamenta non diducantur, ut in utroque hoc genere fieri solet. A reliquis hujus Classis calyce habitiore distinguitur, non longo & cylindrico ut in iis, ne alia congeram.

Ad pag. 37. post genus 16.

A Chamæmelo differt *Pyrethrum* officin. Radice fervidâ.

Ad pag. 45. post genus 8.

9. *Agrimonoides* Fabii Columnæ, huc spectare videtur, si quidem in imo calice unicum tantum granum concipit. Folia

Agrimoniæ similia, Flores pentapetali. Tum flos tum ejus calix tubo quodam continentur in infundibuli formam cæso & velut fimbriato. *Columna* tubum hunc Cytino comparat.

Ad pag. 45. post ultimam lineam.

11. *Cuminoides* Tournefortii, *Cuminum sylvestre capitulis globosis C. B.* huc quoque referri debet, cum (observante Cl. D. *Tournefortio*) floris calix in granum oblongum abeat. Folia huic Pimpinellæ Sanguisorbæ lobata; Flores in capitula globosa congesti, polypetali, fimbriati; Semina ad singulos singularia, non bina ut in Umbelliferis.

12. *Caryophyllus marinus*, qui & montanus vocatur sive *Statice* Lugd. & *Tournefortii*. Hujus notæ, Folia graminea; Caulis aphyllos; Flores pentapetali in capitulum Scabiosæ æmulum congesti.

Ad pag. 50. post genus 2.

3. *Crithmum* seu Fœniculum marinum, cujus notæ Folia quam Fœniculi crassiora, breviora & latiora, tripartito divisa & subdivisa; Semina Fœniculi, sed majora.

D. *Tournefort* hoc genus Umbelliferis semine lato plano seu compresso annumerat.

Ad pag. 64. genus 14.

In *Leonuro* unicuique verticillo foliorum circulus subjicitur, non bina duntaxat folia, ut in plerisque Verticillatis. Cæterum Leonuros vulgaris, planta quidem lignosa est, sed & annuæ speciei meminit D. *Hermannus* in Horti Lugduno-Batavi Catalogo pag. 116. quam & icone expressit.

Ad pag. 69. post lineam 30.

Tametsi Anemone sylvestris sive Nemorosa (verba sunt eximii Viri D. Petri Hotton in litteris ad me datis) *Flore singulari, polypetalo & nudo, in caulis fastigio proveniente, tum & ipso caule indiviso tribusque foliis arcte circumcincto, ad Anemonem genuinam quam proxime accedat; Capite tamen, quod gerit, Ranunculis ab eâ insigniter differt. Quocirca non inconsultum videtur, ut ab Anemones proprie dictæ sive sativæ genere segregetur, novumque & peculiare genus ex eâ constituatur, cui* Nemorosæ *nomen olim imponebam, quo pristinæ denominationis aliquod remaneret vestigium. Posset &* Anemonoides *vocari, quâ*

flexions

flexione, contractâ nempe ex εἶδος *Forma, cognatio quædam & forma similitudo intelligitur, aut* Anemone-Ranunculus, *tanquam utriusque hujus generis particeps & rectius, puto, quam Anemone Ranunculoides aut Ranunculus Anemonoides. Expedire enim videtur, ut ipsa genera unico vocabulo simplici vel composito designentur, cui quæ adjiciuntur speciem definiant.*

Ad pag. 75. genus 23.

Post secundas cogitationes *Nymphoiden* Tournef. à Bacciferarum classe removendam censeo & ad *Nymphæam* revocandam, ob rationem in Præcognitis & pag. 128. adductam.

Ad pag. 78. post genus 10.

Huc refero & *Gnaphaloden* Tournef. cum plures theculas pro fructu ferat. *Est plantæ genus*, observante D. Tournefort, *Flore flosculoso, plurimis scilicet flosculis sterilibus constante. Embryones autem, qui calycem Floris constituebant, abeunt in Fructum cristatum semine fœtum plerumque oblongo.*

Ad pag. 81. genus 5.

Ad Convolvulum pertinet & *Quamoclit*. Si quis tamen, ob Florem infundibuliformem è tubo oblongo in quinque segmenta expansum & Folia composita, ex eâ novum genus facere cum D. *Tournefort* mallet, non repugnabo.

Ad pag. 83. post ultimam lineam.

4. *Cortusa Matthioli* à Paralysi & Auriculâ Ursi differt Flosculis Campaniformibus in quinque crenas divisis & Foliis subrotundis, laciniatis, rugosis. D. *Hermannus* capsulam ei attribuit oblongam, indivisam, erectam, polyspermam.

Ad pag. 85. post genus 4.

5. *Auricula Ursi Myconi* Hist. Lugd. Huic capsulæ Verbasci; Flores similes; Caules nudi; Folia subrotunda, rugosa, villosa, humi sparsa.

Ad pag. 100. post genus 2.

3. *Papaver spinosum* huc quoque referendum videtur, tametsi florem hexapetalum ferat, qui calyce trivalvi in tres aculeos

leos abeunte, & caduco, ut in Papavere, continetur. Hunc pro Fructu habuit D. *Hermannus*, cum inter notas hujus generis recenset *Capsulas magnas trigonas in tres aculeos desinentes.* Rectius *C. Bauhinus* ei adscribit capitula oblonga, pentagona aut hexagona. Tota planta succo luteo turget. Folia albis maculis notata, quorum laciniæ spinis armantur

Ad pag. 105. *post lineam octavam.*

2. *Galega*, cujus notæ, Flores spicati, penduli; Siliquæ erectæ, tenues, teretes; Semina oblonga.

Ad pag. 110. *post lineam* 4.

8. *Harmala*, ab Hyperico differt, Foliis dissectis alternatim in caule sitis; Floribus albis.

Ad pag. 110. *post genus* 11.

12. *Trifolium spinosum Creticum C.B.* Tournefortio *Fagonia* dictum insignibus notis ab omnibus Trifoliis differt: Foliis binis ex opposito, Spinis quatuor ad singula genicula, Floribus pentapetalis, Fructu in quinque loculamenta diviso, quæ vaginas vocat *D. Tournefortius* & herbam Multifiliquis accenset.

Ad pag. 111. *post genus* 5.

6. A Nigellâ differt *Nigella Cretica foliis Fœniculi* C.B., quæ *Nigellastrum foliis fœniculaceis* D. Magnol & *Garidella* D. Tournefortio dicitur, Flosculis exiguis, quibus subjacet calix polyphyllos; Petalis fornicatis & in extremo bifidis; Thecis disjunctis bivalvibus, duabus tribusve.

Forte quis ad Multifiliquas revocabit. At plantæ habitus non tantum ad Nigellam accedit, sed ejus semina Nigellæ seminibus sunt plane similia.

Ad pag. 111. *post genus* 6.

7. *Capparis Fabago*, quæ à Melochiâ præcipue differt Foliis in eodem pediculo binis & pediculis ex adverso binis in caule nascentibus.

Ad pag. 113. *post ultimam lineam.*

Ad Pentapetalarum classem referenda quoque videtur *Melian-*

lianthos cujus notæ, auctore D. *Tournefortio*, sunt Flores tetrapetali; Calix ad basin usque in quinque partes sectus; Fructus vesicarius in quatuor angulos elatus inque totidem cellas divisus, semina aliquot oblonga continentes. *D. Volckamerus* vero asserit *Flores ut plurimum pentapetalos esse; Semina nigra, ovalia, splendentia Pisi magnitudine; Folia Pimpinellæ.*

Ad pag. 118. *post lineam* 4.

8. *Narcissus Indicus gemino folio* Ferrarii, *Tulipa Capensis* Stapelii, cujus notæ Flores profundissime secti, numerosi, exigui in summo caule ex vaginâ coloris sanguinei (quare *Hæmanthos* vocatur à D. *Hermanno*) florem mentiente, non deciduâ & ex sex pluribusve foliis constructâ, prorumpentes; Caulis depressus & maculosus, unde *Narcissus Serpentarius* à F. Columna dicitur hæc planta; Bulbus squamosus & magnus.

Ad pag. 119. *genus* 10.

Scillam ad Hyacynthum Stellarem referendam puto. Ejus autem notæ sunt, Flores folia antevertentes in spicis longis; Radix magna, cepacea; Folia lata.

Ad pag. 123. *post ultimam lineam.*

Yuca Herbis Bulbosis affinibus accensenda videtur, ob flores & fructus analogos. Ab aliis generibus differt, Foliis quodammodo graminis, acutis & pungentibus, Floribus deorsum nutantibus, plurimis in eodem caule; Pediculis longis.

Ad pag. 131. *post genus* 8.

9 *Pisum Cordatum* seu *Vesicarium*, *Cor indum* J. B. & *Tournefortii*, Flore est octopetalo, petalis quatuor majoribus, in formam crucis dispositis, quatuor minoribus; Calyce quadrifolio, quorum duo folia florum petalis intermiscentur; Fructu membranaceo & velut inflato, in tria loculamenta diviso, quorum unumquodque semen continet Pisi formâ, maculâ aloâ Cordis figurâ, signatum.

10. *Fi-oides* Hermanni & *Aizoides* ipsi dictum. Mihi quoque in Historiâ meâ Plantarum Sedis affine visum fuit hoc genus. Neque tamen tanta est cum iis affinitas, ut non potius ad Anomala retulerim. Ejus autem notas sequentes statuit laudatus Auctor, *Capsulas formâ & magnitudine diversas, carne as succulentas sed per siccitatem fungosas aut lignosas, in summo*

quinis & in nonnullis speciebus pluribus radiis totidemque subtus cellulis, quasi siliculis multa minuta semina continentibus donatas; Flores polypetalos, in orbem actos, è summitate capsulæ prodeuntes; Calyces pentaphyllos; Folia conjugata, carnosa & succulenta triangula, teretia aut plana. Si quis sedis subnectere volet, per me licet id faciat, quamvis vere Multiliqua non sit hæc planta.

Ab hoc genere differt *Kali Floridum* Fab. Col. Foliis alternis, quæ tamen in caulium infernâ parte etiam conjugatim proveniunt.

Ad pag. 140. genus 4.

Castanea Equina sive *Hippocastanum* Tournefortii à vulgari Castaneâ differt Foliis digitatis, sed præcipue, quod Flores perfectos ferat tetrapetalos spicatim dispositos, ex alis foliorum in summis ramulis provenientes. An & Julos ferat non novi neque proinde scio an huc spectet. Autumno, postquam folia abjecit, amentaceum quiddam gerere *Clusius* auctor est.

Ad pag. 141. post ultimam lineam.

At præter hos flosculos & Julum fert Morus.

Ad pag. 144. post genus 9.

10. *Cereus* Opuntiæ seu Tunæ congener est aut certe cognatus, Planta aphyllos *Floribus polypetalis, petalis latis subrotundis, fructibus insidentibus; Fructibus formâ & magnitudine Ficus, continentibus in pulpâ succulei semina depressa; Caulibus crassis succulentis, angulosis & sulcatis, ad singularum costarum tuberculas spinulis coarctatis armatis.* D Hermannus.

11. Idem *Hermannus* pag. 135. Parad. Bat. *Melocacton* sive *Echinomelocactus* ad Opuntiæ & Cerei familiam refert Quo & ipse olim retuli in Historiâ. Planta est aphyllos & acaulos unico tubere globoso constans *sinus undique ornata* (quæ in stellæ formam digesta, notante Volckamero) *Floribus tubulosis parvis in decem segmenta divisis; Fructibus oblongis formâ & magnitudine Coppei fructu minimo, eleganter rubentibus, tenui subdulci pulpâ & multis minutis seminibus refertis.* Hermannus.

Qui ejus duo genera constituit. *Quæ ex priori genere sunt* (inquit) *constant sedecim aut septendecim* (*nonnunquam paucioribus*) *costis aculeatis & canudo tomentoso capite, è quo flores & fructus egrediuntur.* Notat D. *Volckamerus* spinas robustiores & productiores esse in hoc, quam in sequenti genere. *Posterioris*

sterioris generis (pergit. D. *Hermannus*) Echinomelocacti *multo minores sunt & lactescentes nullis nec costis nec tomentoso capite constantes, sed ex multis spinosis tuberculis cohærentes, Floribus & Fructibus quaquaversum prodeuntibus, primo generi cæteroquin paribus.*

Ad pag. 146. genus 8.

Præter Caryophyllon Plinii, in D. *Pluknet* Phytographiâ Tab. 155. exhibentur duæ species Caryophylli aromatici Indiæ Occidentalis, quarum illa, cui fructum adscribit polypyrenum, hic quoque referri debet.

An & altera ejusmodi fructum ferat, ignoro.

Ad pag. 152. genus 4.

Thymelæa nomine Botanicis vulgo nunc dierum censentur Plantæ bene multæ in Africâ, præcipue circa Promontorium Bonæ Spei & alibi nascentes, quarum rami & surculi foliis creberrimis vestiuntur. Flores monopetali sunt in quatuor aut plura segmenta expansi, quorum singulis singula succedunt Semina, per maturitatem sicca.

Thymelæam ergo, si ita placet, à *Chamælæ* genus distinctum faciamus & quæ fructu sunt humido seu Bacciferas hujus generis plantas *Chamælæas* dicamus, quæ sicco *Thymelæas*.

Cæterum, quoniam Thymelææ valde numerosæ sunt, dividi possunt in eas, quæ flores ferunt vel in summis ramulis, vel ad ramorum sive surculorum latera è foliorum alis exeuntes: Item in eas, quæ floris tubulo brevi sunt & quæ longissimo, nonnullis *Valerianoides* dictæ.

Ad pag. 152. post genus 5.

6. *Lycium* Frutex est Baccifer spinosus à Rhamno, ut videtur, distinguendus Spinis minoribus & brevioribus, quæ longiores validioresque in Rhamno. Addi etiam potest Folia esse minora in Lycio; Quanquam, ut verum fatear, non placeant notæ à magnitudine desumptæ, cum difficile sit ejus limitem statuere, ut supra quoque notatum circa divisionem stirpium Capillarium in majores & minores.

Ad pag. 156. post ultimam lineam.

2. *Polygonum Bacciferum* seu *Uva Marina*, cujus notæ Ramuli & surculi Equiseti æmuli, aphylli, Fructus ad nodos Rubi fructubus similes.

Ad pag. 160. Sect. II.

Tale mihi videtur Nerii ingenium (utor verbis *D. Hotton* ad me scribentis) *ut Apocyno potius cognatum, quam congener censeri debeat. Quamvis enim in multis conveniant, in non paucis ita differunt, ut ejusdem generis soboles haberi non possint. Jam neque id probo ut expungantur genera, quæ magnam pridem celebritatem nacta sunt, si servari commodè possint. Multa est in utroque hoc genere similitudo in Fructus fabrica. Utrumque & succum lacteum fundit, Apocynum quidem & Nerium Americanum omnibus suis partibus, at Nerium Europæum Radice tantum. Ex cæteris vero partibus succus virescens aut luteus, sed parce, promanat. Sed fruticat Nerion omne & ἀείφυλλον est, Apocynorum complura herbaceos emittunt caules & φυλλοβολοῦσι. At inprimis Nerion ab Apocyno differt* 1. *Floris structura, qualis in nulla Apocyni specie reperitur* 2. *Foliorum positione & situ. Tria enim sibi mutuo opposita ramos circumplectuntur in Nerio, quæ non nisi duo conjunctim provenire in Apocyno solent.* 3. *Denique constanti τριχοτομία Trunci, ramorum & surculorum, quæ semper in Nerio, nunquam in Apocyno observatur.* Quibus de causis non immerito Nerion ab Apocyno, quocum Fructu convenit, genere diversum statuimus, secus ac vult *D. Hermannus.*

EMENDANDA.

Pag. 1. lin. 2. loco PLANTARUM substituendum est, HERBARUM & ubique in Herbarum proprie dictarum Methodo ubi vox *Planta* occurrit, legendum *Herba.*

Pag. 14. lin. 20. pro *Lens* legendum *Lenticula.*

Pag. 22. lin. 31. deleatur hic titulus. *Herba Flore stamineo* fructui contiguo.

Pag. 45. lin. 27. *Pimpinella sanguisorba* numero 9. signata, signanda N 10, cum inter hoc genus & octavum, aliud in additamentis interjectum sit.

Similis mutatio eâdem de causâ, facienda & Paginis 50, 84, 100, 110, 111 & 144.

Pag. 128. lin. 11. pro *albæ* legendum *luteæ* & lin. 13. è contra pro *luteæ* legendum *albæ.*

Cæteri errores minoris sunt momenti, neque Lectorem morabuntur.

INTER-

INTERPRETATIO
VOCUM PAULO OBSCURIORUM,
Quæ in hoc opusculo occurrunt.

ACINUS. Acinorum nomine in hoc opusculo intelliguntur protuberantiæ in Mori & Chamæmori fructu conspicuæ, quæ quasi totidem minores Baccæ sunt in majorem aggregatæ.

Baccæ spissius & coactius crescentes, non tamen in unum conglobatæ, hoc nomine quoque veniunt apud Auctores.

Nonnunquam & pro semine usurpatur.

ALA. Angulus quem cum caule facit ramus aut pediculus folii, & cum ramo idem ille pediculus.

Ipsi ramuli etiam non raro *Alæ* vocantur.

Seminum & fructuum quorundam partes membranaceæ, in quas desinunt, *Alæ* etiam dici solent, unde *Alata* semina & fructus dicuntur.

Idem nomen tribuitur membranis, quibus nonnulli caules secundum longitudinem augentur, qui *Alati* caules vocantur. Sunt & pediculi *Alati*.

Denique petala lateralia florum papilionaceorum *Alæ* nominantur.

AMENTUM. Vide JULUS.

APETALOS, STAMINEUS FLOS. Qui petalis caret & ex staminibus tantum constat.

APEX, APICES. Summitates & cacuminula staminibus incumbentia.

ARISTA. Acus exilis & longa è glumâ exstans. *Aristatum* quod ejusmodi acu est donatum.

BACCA. Vid. pag. 72.

BARBA. Florum Galeatorum labium inferius *Rivino*.

BARBULÆ. Flosculi plani sed imâ sui parte tubulosi floris Discum cingentes coronæ instar, in Plantis Discoideis.

Tourn. semiflosculos vocat. Vocantur & radii, unde flos radiatus qui ejusmodi *barbulis* instructus est.

In Xeranthemo & Carlinâ hæ *Barbulæ* mera sunt petala neque semen post se relinquunt. Vid. pag. 36.

BRACTEATUS FLOS. Petalodes, perfectus flos.

BULBUS, BULBOSA RADIX. Vide pag. 114.

BIVALVE dicitur de conceptaculo seminali, quod per maturitatem utrinque dehiscit, ut siliqua in Plantis Leguminosis.

Dicitur & de calyce. TRIVALVE, quod in tres veluti valvas aperitur. Vide UNIVALVE.

CALYPTRA, proprie tegmen capitis muliebre significat. Hic vero accipitur pro involucro, quo certa quædam semina conteguntur. verb. gr. semina Balsaminæ Maris.

CALIX, PERIANTHIUM. Involucrum floris antequam dehiscat, & jam explicatum sustinens. Idem tegumenti loco seminibus inservit in quibusdam Plantis

CAPITATA PLANTA vid. pag 40.

CAPREOLUS, CLAVICULA. Filamenta, sæpe cincinni in modum contorta, quibus Planta vicinis stirpibus, stipitibusve se implicans in altum enititur. Ejusmodi *capreolus* Vitis prædita est, & multæ Leguminosæ Plantæ.

CAPSULA, VASCULUM. Theca seminalis sicca & brevior, quo distinguitur à siliqua, quæ longior. Hinc Plantæ *Unicapsulares*, *Bicapsulares*, *Tricapsulares*, *Multicapsulares* nominantur à numero loculamentorum, in quæ Capsula dividitur. Aliquando tam late accipitur, ut Siliquam comprehendat.

Vocatur & silicula, quæ speciatim attribuitur Tetrapetalis breviori vasculo inde *Tetrapetala Siliculosa* dictis.

CARO, PULPA, PERICARPIUM. Substantia mollior & succulenta, quâ semina reconduntur in Pomiferis, Bacciferis, Pruniferis stirpibus.

CLAVICULA. Vide CAPREOLUS.

COMPOSITUS FLOS, Vid. pag. 27.

COMPOSITUM FOLIUM. Vid. pag. 10.

CONJUGATA FOLIA. Quæ sibi ex adverso sita sunt versu alterno.

CONUS, CONIFERÆ ARBORES. Vide pag. 137. *Conus* quoque strobilus vocatur.

CORONA. Barbularum sive radiorum series in Discoideis Plantis.

COSTA. Nervus, cui in foliis pennatis & lobatis folia partialia annectuntur.

CORYMBUS. Varias hujus vocis significationes vide sis in Scriptoribus Rei Herbariæ. Nos in hoc opusculo recentiores Botanicos sequuti eâ utimur ad designandos Flores Discoideos, qui in pappos non resolvuntur. *Corymbiferæ* Plantæ exstant pag. 35. & seqq

COTYLEDON. Pars in quâ novellæ Plantæ succus nutritius præparatur, non secus ac in animalibus placenta uterina aut cotyledones fœtui alimentum subministrant. In quibusdam Plantis non nisi unica est *Cotyledon*, in plerisque duæ sunt, quæ & folia seminalia vocantur. Hinc petitur divisio Plantarum in *Monocotyledones* & *Dicotyledones*. Vid. pag. 1. & 16.

Est

Est & Plantæ genus *Cotyledon* dictum.

CULMUS. Caulis Frumentorum & Graminum, qui geniculatus, secus ac in aliis Graminifoliis Flore Stamineo. Hinc ordo *Culmiferarum Graminifoliarum*, de quo vide pag. 124.

DIFFORMIS, IRREGULARIS FLOS. Cujus partes, si monopetalos sit, sibi non sunt similes, aut petala, si ex pluribus quam ex uno componitur, figurâ, situ aut utroque inter se differunt. Vide UNIFORMIS FLOS.

DIGITATUM FOLIUM. Quod iu plures lacinias, quasi in tot digitationes, ad pediculum usque, divisum est. Tale est folium Lupini, Cannabis &c.

DISCUS, DISCOIDES FLOS. Flos compositus ex multis flosculis tubulosis in unam quasi superficiem digestis, sive in pappos resolvatur sive non. Is aut barbulis sive radiis instructus est aut iis caret. Prior *D. Rivino* compositus dicitur ex flosculis regularibus & irregularibus. Qui vero barbulis caret, compositum vocat ex regularibus tantum. *D. Tournefort* flosculosum nominat.

ENANGIOSPERMA, ANGIOSPERMA PLANTA. Cujus semina vasculo includuntur. Vox composita est ex ἀγγεῖον vas & σπέρμα semen.

FLOSCULOSUS FLOS. Discoides flos barbulis carens.

GALEATUS FLOS nonnullis & LABIATUS dictus. Flos difformis, monopetalos in duo plerumque labia scissus, quorum superius *Galea* vocatur, quam refert. Inferius Barbam vocat *D. Rivinus*.

GLUMA. Folliculus grani in Frumentis.

GYMNOSPERMA PLANTA. Quæ semen nudum fert. Vide NUDUM SEMEN.

IRREGULARIS FLOS. Vide DIFFORMIS FLOS.

JUBA. Arundinacea coma laxe effusa, qualis est in Milio.

JULUS, AMENTUM, NUCAMENTUM. Congeries flosculorum apetalorum & ut plurimum sterilium, vermis alicujus effigie, dependens ab Arboribus instar lori. Hinc *Juliferæ Arbores*, quas Vide pag. 140.

Nota. In Salicis genere quædam Julos ferunt fæcundos.

LABIATUS FLOS. Vide GALEATUS FLOS.

LEGUMEN, LEGUMINOSAE STIRPES. Quæ florem producunt Papilionaceum. Vide pag. 101.

LITHOPHYTON, Vide pag. 3.

ΛΟΒΟΣ. Siliqua. Folii lacinia, aut folium partiale grandius.

LOBATUM folium, quod ex ejusmodi *lobis* compositum est.

LOCUSTA. Graminum Paniculatorum granum glumâ involutum. Vide pag. 176.

NUCAMENTUM. Vide JULUS.

NUDUS FLOS. Qui calyce caret.

Discoides Flos *nudus* dicitur, qui non est radiatus id est qui barbulis caret.

NUDUM SEMEN. Quod conceptaculo non includitur. Aliquando omnino *nudum* est, aliquando in perianthio latet. Planta quæ *nuda* semina fert, *Gymnosperma* dicitur.

OS, OSSICULUM. Durum, instar Ossis, seminum tegumentum carne contectum, quale in Cerasis Prunisque.

PANICULA. Juba ramosa in Frumentis præsertim, & Graminibus. Vide pag. 176.

PAPILIONACEUS FLOS. Vide pag. 101.

PAPPUS. Lanugo seminibus quibusdam inhærens, ut in Hieracio, Astere, Carduo. *Pappatum* semen quod tali lanugine instructum. Quæ ejusmodi semina producunt Plantæ, *Pappose* & *Pappescentes* dicuntur.

PEDICULUS, PETIOLUS. A quo folium aut flos aut fructus dependet.

PENNATUM aut PINNATUM FOLIUM. Compositum ex pluribus foliolis eidem costæ ex adverso adhærentibus, uno extremo costam plerumque claudente.

Si folia hæc partialia grandiora sunt, folium totale, quod ex iis componitur, LOBATUM dicitur.

PERFECTUS FLOS. Vide PETALODES FLOS.

PERIANTHIUM. Vide CALYX.

PERICARPIUM. Idem quod Caro. Vide CARO.

Aliquando latius accipitur pro quocunque seminis involucro.

PERSONATUS FLOS. *Tournefortio* dicitur, qui Labiati floris speciem præ se fert, quales esse ait flores Linariæ, Antirrhini, Pedicularis, Melampyri &c &c. Nos, eum sequuti, Agerato purp. *Dalechampii* & Clandestinæ personatos flores attribuimus.

PETALON. Folium floris.

PETALODES, PERFECTUS, BRACTEATUS FLOS. Qui ex staminibus, stylo, & petalis aut petalo construitur sive perianthium habeat, sive eo careat. Hinc Flos *Monopetalos*, *Dipetalos*, *Tripetalos*, *Tetrapetalos*, *Pentapetalos*, *Hexapetalos* *Polypetalos* vocatur, à numero petalorum ex quibus constat.

PISTIL-

PISTILLUM. Vide STYLUS.

PLANIPETALOS FLOS. Compositus Flos ex meris flosculis planis sed inferne tubulosis. Vide pag. 27. & 29 Hos *Tournefortius* semiflosculos & florem ex iis conflatum semiflosculosum vocat: *Rivinus*, ex irregularibus tantum flosculis compositum nominat.

POMUM. Fructus Arborum grandior carne seu pulpâ succulentâ constans. Hinc *Pomiferæ Arbores*, qui talem fructum ferunt. Quas vide pag. 143. & 153.

De *Pomiferis* in Herbarum genere vide pag. 70.

ΠΥΡΗΝ. Nucleus, unde fructus *Apyrenos*, qui nucleo caret, *Monopyrenos*, *Dipyrenos*, *Tripyrenos*, *Tetrapyrenos*, *Polypyrenos* vocatur, qui unum, duos, tres &c. nucleos continet.

RADIATUS FLOS. Vide BARBULÆ.

REGULARIS FLOS. Vide UNIFORMIS FLOS.

SEMIFLOSCULUS, SEMIFLOSCULOSUS FLOS. Vide PLANIPETALOS FLOS.

SILIQUA. Folliculus seminum longus aut oblongus Speciatim accipitur pro folliculo seu thecâ Leguminosarum stirpium.

De Herbis *Multisiliquis* vide pag. 76.

SOLIDUM SEMEN. Quod pappo destituitur.

SPERMA. Semen, *Gymnosperma* Herba, quæ semen nudum fert. *Enangiosperma* & *Angiosperma*, cujus semina vasculis includuntur. *Monosperma*, *Disperma*, *Tetrasperma*, *Polysperma*, quæ unum, duo, quatuor, plura semina producit.

SPICA, ΣΤΑΧΥΣ. Quod, *Fungio* Isag. cap. XI. § 7. definiente, ex floribus vel seminibus spisse compositum est, ita ut conus erectus vel oblongus sive admodum acutus inde evadat, ut in Plantagine, Bistortâ, secali. Πολυστάχιον quod multas spicas profert.

STAMINA. Idem sunt quod Capillamenta, quæ ita describit *Spigelius* Isag. lib. 1. cap. 6. Sunt autem Stamina in floris medio, quod umbilicus appellatur, partes oblongæ, tenues veluti capillamenta, interdum paulo crassiores, paululum prominentes, in summitate apicibus frequenter præditæ, quæ stylum partem similiter oblongam sed paulo crassiorem, atque è centro umbilici emergentem ambiunt.

STAMINEUS, APETALOS FLOS. Qui tantum staminibus constat & petalis caret. *Apetala* dici solent Plantæ, quæ tales flores producunt. Vide pag. 17.

Staminosus Flos vocatur, ex mente *Fungii* Isag. cap. 22. §. 16. Qui staminibus abundat, etiamsi petalodes sit.

STEL-

STELLATA HERBA. Vide pag. 54.

STYLUS. Pars oblonga staminibus crassior, in medio staminum è floris umbilico emergens & rudimento fructus aut seminis cohærens.

D. Tournefortius Pistillum vocat.

VASCULUM. Idem quod CAPSULA. Hinc dictæ *Vasculiferæ* stirpes seu Angiospermæ & Enangiospermæ.

VERTICILLUM. Florum ambitus caules ramosve arcte cingentium, ita dictus à similitudine *Verticilli*, quod instrumentum est fuso, vertendi gratiâ, adhiberi solitum. Hinc ejusmodi flores *Verticillatim* dicuntur provenire. Hinc nomen factum Herbis *Verticillatis* de quibus vide pag. 58.

UMBELLA, UMBELLIFERÆ PLANTÆ. Vide pag. 47.

UMBILICUS. Vestigium floris, quod remanere solet in iis fructubus, quibus flores inhæserunt. Tales fructus *Umbilicati* appellantur & Arbores, quæ eos producunt, *Umbilicatæ*, de quibus vide pag. 142. & seqq.

Umbilicus floris, ejus centrum significat ex quo stylus erumpit.

UNIFORMIS, REGULARIS FLOS. Cujus partes, si monopetalos sit, similes sunt, aut petala, si ex pluribus componatur, inter se conveniunt figurâ & situ. Vide DIFFORMIS FLOS.

UNIVALVE. Dicitur de vasculo seminali, quod ab uno tantum latere aperitur. Vide BIVALVE.

Reliqua artis vocabula, quibus in hoc Opusculo usus sum, satis clara sunt neque explicatione egere videntur. Si quis vero plura in hoc argumento scire volet, adeat vocum generaliorum Interpretationem Historiæ nostræ Plantarum præmissam ejusque Librum I, Jungii *Isagogen Phytoscopicam, aliosque scriptores Herbarios.*

INDEX.

INDEX.

A.

Abies, 138.
Abrotanum, 37.
Abrotanum fæmina f. Santolina, 38.
Absinthium, 37.
Abutilon, 89.
Acacia, 161.
Acacia Americana, 164.
Acajou f. Cajous, 151.
Acanthium, 42.
Acanthus, 92.
Acer, 157.
Acetosa, 21.
Acinos, 64.
Aconitum, 79.
Aconitum hyemale, 77.
Acorus, 127.
Acriviola f. Nasturtium Indicum, 131.
Adhatoda Zeylanensium *Herm.* 92.
Adiantum, 13.
Adiantum aureum, 7.
Adiantum monophyllon, 11.
Adiantum ἀκρόστιχον, 13.
Aeschinomene f. Mimosa, 161.
Aethiopis, 62.
Agaricus, 5.
Ageratum, 38.
Ageratum purpureum *Dalech.* 91.
Agrifolium, 155.
Agrimonia f. Eupatorium Græcorum, 45.
Agrimonoides *Fab. Col.* 189.
Ahovai, 151.
Aizoides *Herm.* 193.
Alaternus, 154.
Alcea, 86.
Alcea Indica f. Ketmia, 89.
Alchymilla, 23.
Alcyonium, 4.
Alga, 4.
Alkekengi f. Solanum Halicacabum, 74.
Allium, 120.
Alliaria, 95.
Alnus, 138.
Aloe, 117.
Alsinanthemos, 85.
Alsine, 110.
Alsine Baccifera f. Cacubalus, 74.
Althæa, 86.
Alysson, 95, 98.
Amaranthoides, 25.
Amaranthus, 25.
Ambrosia, 20.
Ammi, 52.
Amomum Germanicum, 51.
Amygdalus, 149.
Anagallis, 83.
Anagallis Aquatica 3. *Lob.* f. Samolus *Valerandi*, 84.
Anagyris, 163.
Ananas, 129.
Ana Parva *Hort. Mal.* Parasiticus frutex Aurantiæ foliis, 15.
Anapodophyllon *Morini*, 74.
Anblatum *Cordi* f. Dentaria Aphyllos, 92.
Anchusa, 56.
Androsace *Matth.* 84.
Androsæmum, 109.
Anemone, 69.
Anemone-Ranunculus, 190.
Anemone Sylvestris, 69, 190.
Anemone Sativa, 69.
Anemonoides, 190.
Anemospermos *Herm.* 189.
Anethum, 47.
Angelica, 51.
Angelica Baccifera, 73.
Anisum, 52.

Ano-

Anona, 153.
Anonis, 107.
Anonymos Ribesii foliis *Icon. Robert.* 158.
Antirrhinum, 90.
Anthyllis leguminosa, 105.
Aparine, 55.
Aparine major s. Asperugo. 57.
Aphaca. 103.
Aphyllanthes Monspeliensium, 111.
Aphyllos aquatica volubilis flore dipetalo, Neli-Pu *Hort. Mal.* 93.
Aphyllos Indica flore dipetalo, Tsiem-Cumulu *Hort. Mal.* 93.
Apium, 52.
Apium Petræum, 52.
Apium Macedonicum, 52.
Apium montanum s. Oreoselinum, 48.
Apocynum, 78.
Aquilegia, 79.
Aracus s. Cracca, 104.
Arbor vitæ, 138.
Arbor Judæ s. Siliqua sylvestris, 162.
Arbutus, 155.
Aria *Theophr.* 143.
Arisarum, 75.
Ari foliis Malabarica, Katu-Schena *Hort. Mal.* 14.
Aristolochia, 89.
Armeniaca Malus. 149.
Armeria, 109.
Aronia, 143.
Artemisia, 37.
Arum, 74.
Arundo, 177.
Arundo Mambu seu Bambu, 135.
Asarina, 91.
Asarum, 25.
Asclepias, 78.
Ascyrum *Tourn.* 109.
Asparagus, 75.
Asperugo, 57.
Asperula, 55.
Asphodelus, 116.
Asplenium, 13.
Aster, 33.
Astragaloides, *Tourn.* 105.
Astragalus, 106.
Astrantia, 53.
Atractylis lutea, 41.
Atriplex, 22.
Avena, 125.
Aurantia Malus, 153.
Auricula Judæ, 5.
Auricula leporis s. Bupleurum, 53.
Auricula Muris, 30.
Auricula Ursi, 83.
Auricula Ursi Myconi, *Lugd.* 191.
Azedarach, 150.

B.

Baccharis, 34.
Ballote s. Marrubium nigrum, 64.
Balsamina fæmina, 113.
Balsamina mas, 71.
Balsamita mas s. Costus hortorum, 38.
Balsamum Alpinum s. Chamærhododendros, 159.
Bambu Arundo, 135.
Bangala Indorum, 122.
Barba Capri, 77.
Barba Jovis, 163.
Bardana major, 41.
Bardanà minor, 20.
Basilicum s. Ocymum, 62.
Bella Dona s. Solanum lethale, 74.
Bellis major s. Leucanthemum, 36.
Bellis minor, 37.

Bellis

Bellis flore luteo nudo, 38.
Berberis, 154.
Beta, 25.
Betonica, 62.
Betula, 138.
Bidens f. Cannabina aquatica, 37, 38.
Bifolia humirepa Indica floribus dipetalis, Nelam-Mari *Hort. Mal.* 93.
Bifolium f. Ophris, 121.
Bignonia *Tourn.* 90.
Bismalva, 87, 88.
Bistorta, 22.
Blattaria, 85.
Blitum Sylvestre, 23.
Blitum Hortense, 23.
Borago, 56.
Brassica, 95.
Brassica marina, 99.
Briza f. Zea, 125.
Bromos f. Festuca, 180.
Brunella, 62.
Bryonia nigra, 72.
Bryonia alba, 72.
Bucanephyllon Herbariorum, 130.
Buglossum, 56.
Bugula, 65.
Bulbocastanum, 50.
Bulbonac. f. Lunaria, 95.
Bupleurum f. Auricula leporis, 53.
Bursa pastoris, 99.
Butomus f. Juncus floridus, 78.
Buxus, 139.

C.

Cacalia, 34.
Cacao, 153.
Cachrys, 48.
Cacubalus f. Alsine Baccifera, 74.
Cajous f. Acajou, 151.
Calamintha, 65.
Calceolus Mariæ, 121.
Calcitrapa f. Carduus stellatus f. Jacea echinata, 41, 42.
Calendula, 36.
Caltha palustris, 78.
Campanula, 82.
Camphorata, 24.
Canella f. Cinnamomum, 150.
Canna Indica florida f. Cannacorus *Tourn.* 117.
Cannabina aquatica f. Bidens, *Cæsalp.* 37, 38.
Cannabis, 19.
Cannabis spuria f. Urtica aculeata, 63.
Cannacorus *Tourn.* 117.
Capparis, 74, 155.
Capparis Fabago, 192.
Caprifolium, 145.
Capsicum f. Piper Indicum, 74.
Cara-Caniram *Hort. Mal.* f. Siliquosa Indica floribus labiatis dipetalis, 93.
Cardamine, 96.
Cardamomum, 122.
Cardamomum minus, 123.
Cardiaca, 64.
Carduus. 40.
Carduus Chrysanthemos f. Scolymus, 51.
Carduus Sphærocephalus f. Echinopus, 43.
Carduus stellatus sive Calcitrapa, 41.
Carlina, 36.
Caroba, 160.
Carota f. Pastinaca tenuifolia, 52.
Carpinus, 140.
Carthamus, 41.
Carum, 51.
Caryophyllata, 68.
Caryophyllus, 109.
Caryophyllus marinus sive mon-

montanus, 190.
Caryophyllus Aromaticus. 146.
Caryophyllon *Plinii*, 146, 195.
Casia Poetica *Lob.* 147.
Cassia Fistula, 160.
Cassia Lignea f. Cinnamomum, 150.
Cassida f. Scutellaria, 65.
Castanea, 140.
Castanea Equina f. Hippocastanum *Tourn.* 194.
Catanance Leguminosa, 105.
Catanance quorundam f. Chondrilla cærulea Cyani capitulis *C. B. P.* 31.
Cataria f. Nepeta, 62.
Caucalis, 53.
Cedrus, 138.
Cedrus Lycia f. Sabina Baccifera, 141.
Celtis f. Lotus Arbor, 150.
Centaurium Majus, 40.
Centaurium Minus, 85.
Centaurium luteum Perfoliatum, 85.
Cepa, 119.
Cerasus, 150.
Cerasus Avium f. Padus *Theop.* 150.
Ceratonia, 160.
Cereus, 194.
Cerinthe, 57.
Ceterach, 13.
Chamæcerasus, 145.
Chamæcistus f. Helianthemum, 109.
Chamædrys, 60.
Chamælæa, 152.
Chamælæa tricoccos. 158.
Chamæmelum, 37.
Chamæmespilus. 143.
Chamæmorus f. Chamærubus. 72.
Chamæpericlymenum, 72.
Chamæpitys, 65.
Chamærhododendros, Ledum f. Balsamum Alpinum, 159.
Chamærubus, f. Chamæmorus- 72.
Chærophyllum, 49.
Chelidonium majus, 100.
Chelidonium minus, 68.
Chenopodium *Tourn.* 23.
China, 72.
Chondrilla. 29.
Chondrilla Cyani Capitulis f. Catanance quorundam, 31.
Christophoriana, 73.
Chrysanthemum, 36.
Chrysanthemum Valentinum *Clusi*, 38.
Cicer, 105.
Cichorium, 31.
Cichorium Verrucarium f. Zacyntha, 30, 31.
Cicuta, 51.
Cicutaria bulbosa, 50.
Cicutaria palustris, 50, 52.
Cinara, 40.
Cinnamomum, 150.
Circæa, 93.
Cirsium, 40.
Cistus, 109.
Citria Malus, 153.
Citrullus, 70.
Clandestina *Tourn.* 91.
Clematis, 69.
Clematis Daphnoides, 79.
Clematis tetraphyllos Americana, 90.
Clematitis Indica flore fructuque carens, Naga-Valli *Hort. Mal.* 15.
Clematitis Indica flore fructuque carens arbores transcendens, Naga-Mu-Valli *Hort. Mal.* 15.
Clinopodium, 64.
Clymenum *Tourn.* f. Lathyrus Viciæ

Viciæformis, 103.
Cnicus, 41.
Cochlearia, 98.
Colchicum, 116.
Colocasia, 75.
Colocynthis, 70.
Colus Jovis, 58.
Colutea Scorpioides ſ. Emerus *Caſalp.* 163.
Colutea Veſicaria, 163.
Coma Aurea, 189.
Convolvulus, 81.
Convolvulus anadendras foliis oblongo-rotundis flore carens, Mareta-Inali *Hort. Mal.* 15.
Convolvulus anadendras foliis ſubrotundis flore fructuque carens, Kattu-Valli *Hort. Mal.* 15.
Conyza. 33.
Conyza paluſtris, 33.
Coral Arbor, Corallodendron *Tourn.* 164.
Corallina, 4.
Corallium, 3.
Corallodendron *Tourn.* ſ. Coral Arbor, 164.
Coralloides Fungus, 5.
Corchorus, ſ. Melochia, 111.
Coriandrum. 49.
Cor Indum, J. B. 193.
Coris, 90.
Cornus, 147.
Corona Imperialis, 118.
Coronilla, 163.
Coronilla herbacea, 106.
Coronopus, 26, 100.
Coronopus *Ruellii* ſ. Naſturtium Verrucoſum, 98.
Cortuſa Americana, 84.
Cortuſa *Matth.* 191.
Corylus, 140.
Coſtus hortorum ſ. Balſamita mas, 38.
Coſtus Arabicus, 122, 123.
Cotinus, 158.
Cotyledon, ſ. Umbilicus Veneris, 76.
Cotyledon, ſ. Saxifraga, 111.
Cotyledon aquatica, ſ. Hydrocotyle *Tourn.* 128.
Cracca ſ. Aracus, 104.
Cratæogonon, 91.
Crepitus lupi, 5.
Crithmum ſ. Fæniculum marinum, 48, 190.
Crithmum ſpinoſum ſ. Paſtinaca marina, 153.
Crithmum quartum *Matth.* 52.
Crocus, 116.
Crotalaria, 108, 162.
Cruciata, 54.
Crupina Belgarum, 40.
Cucumis, 70.
Cucumis Aſininus, 70.
Cucurbita, 70.
Cucurbitifera Arbor, 153.
Cuminum, 50.
Cuminoides *Tourn.* ſ. Cuminum ſylveſtre, 189.
Cupreſſus, 138.
Curcuma, 122, 123.
Cuſcuta, 83.
Cyanus, 41.
Cyclamen, 121.
Cydonia, 143.
Cynogloſſum, 56.
Cynogloſſum ſ. Echium marinum, 56.
Cyperoides *Tourn.* 127, 185.
Cyperus, 127, 187.
Cytiſo-Geniſta *Tourn.* ſ. Geniſta vulgaris, 163.
Cytiſus, 163.

D.

Daucus Creticus, 52.

Delphinium, 79.
Dens Canis, 119.
Dens Leonis, 30.
Dentaria, 94.
Dentariæ affinis ſ. Hydrophyllon *Morini*, 85.
Dentaria aphyllos ſ. Anblatum *Cordi*, 92.
Dentellaria, 44.
Dictamnus, 61.
Digitalis, 89.
Dipetalos Indica foliis ex adverſo binis, Kondam-Pallu *Hort. Mal.* 93.
Dipetalos Indica ſterilis, Kalu-Tali *Hort. Mal.* 93.
Dipetalos Braſiliana foliis Gentianæ *Raji Hiſt.* Ephemerum Africanum flore dipetalo *Hort. Lugd. Bat.* 93.
Dipſacus, 43.
Doria, 33.
Doronicum, 33.
Dorycnium, 108.
Draco herba, 38.
Draco Arbor, 135.
Dracocephalon *Brein.* 65.
Dracontium ſ. Serpentaria, 75.
Dryopteris, 13.

E.

Echinomelocactos, 194.
Echinopus ſ. Carduus ſphærocephalus, 43.
Echinophora *Tourn.* ſ. Crithmum ſpinoſum, 53.
Echium, 56.
Echium ſ. Cynogloſſum marinum, 56.
Echium Scorpioides, 56.
Elatine, 91.
Elichryſum ſ. Stæchas Citrina, 34.
Emerus *Caſalp.* 163.
Endivia, 31.
Ephemerum, 118.
Ephemerum flore dipetalo *Hort. Lugd. Bat.* Dipetalos Braſiliana foliis Gentianæ *Raji Hiſt.* 93.
Epimedium, 129.
Epimelis *Lugd.* 143.
Equiſetum, 20.
Εράγρωστις ſ. Gramen Amoris, 180.
Eranthemum ſ. Flos Adonis, 69.
Erica, 158.
Erica Baccifera, 139.
Erinacea *Cluſ.* 162.
Eruca, 96.
Eruca maritima, 99.
Eruca Monſpeliaca, 97.
Erucago *Tourn.* 97.
Ervum, 104.
Eryngium, 43.
Eryngium luteum, 31.
Eryſimum, 96.
Erythrodanum ſ. Rubia Tinctorum, 54.
Eſchara, 3.
Euonymus, 155.
Eupatorium *Avicenna* ſ. Conyzoides, 34.
Eupatorium Græcorum ſ. Agrimonia, 45.
Euphraſia, 91.

F.

Faba, 104.
Faba Aegiptiaca, 128.
Fabago, 192.
Fagonia *Tourn.* ſ. Trifolium ſpinoſum, 192.
Fagus, 140.
Fegopyron, 21.
Ferrum equinum, 106.
Ferula, 48.

Feſtu-

Festuca s. Bromos, 180.
Ficoides *Herm.* 193.
Ficus, 165.
Filipendula, 69.
Filix, 12.
Filix fæmina, 12.
Filix florida, 12.
Flos Adonis s. Eranthemum, 69.
Flos Africanus, 36.
Flos Cardinalis s. Rapunculus galeatus, 82.
Flos Solis, 36.
Fluvialis Pisana *J. B.* 14.
Fæniculum, 50.
Fæniculum marinum s. Crithmum marinum, 48.
Fæniculum porcinum s. Peucedanum, 48.
Fænum-Græcum, 108.
Fragaria, 68.
Fragaria sterilis, 68.
Frangula, 154.
Fraxinella, 79.
Fraxinus, 157.
Fraxinus florida, 157.
Fritillaria, 119.
Frumentum Indicum s. Mayz, 125.
Fucus, 4.
Fumaria, 130.
Fungus, 5.
Fungus lapideus, 3.

G.

Galanga, 122.
Galega, 192.
Galeopsis, 62.
Gallium, 54.
Garidella *Tourn.* 192.
Gelseminum Hederaceum *Corn.* 90.
Genista vulgaris s. Cytiso-Genista *Tourn.* 163.
Genista spinosa s. Nepa, 162.
Genista-Spartium, 162.
Genistella, 162.
Gentiana, 81.
Geranium, 111.
Geum *Tourn.* 111.
Gingidium s. Visnaga, 52.
Gladiolus. 117.
Gladiolus lacustris, 90.
Glastum s. Isatis, 99.
Glaux maritima, 84.
Globularia, 43.
Glycyrrhiza, 104.
Glycyrrhiza echinata, 105.
Gnaphalium, 34.
Gnaphalium maritimum, 38.
Gnaphalodes, *Tourn.* 191.
Gossipium s. Xylon, 89.
Gramen, 126, 171.
Gramen spicatum, 171.
Triticeum, ibid.
Secalinum, 172.
Loliaceum, ibid.
Paniceum, ibid.
Phalaroides, 173.
Alopecuroides, ibid.
Myosuroides, ibid.
Typhinum, ibid.
Echinatum s. Aculeatum, 174.
Cristatum, ibid.
Avenaceum spicatum, ibid.
Sui generis, ibid.
Gramen Polystachion s. Dactyloides & Ischæmum dictum, 175.
Gramen Paniculatum, 176.
Paniculâ lanuginosâ s. Arundo, 177.
Paniculâ Miliaceâ, ibid.
Paniculâ Avenaceâ, 178, 179. 180.
Paniculâ & Foliis lanuginosis, ibid.

Sui generis, ibid.
Phalaroides ſ. Tremulum, 179.
Amoris ſ. Εράγρωστις, 180.
Gramen Nemoroſum & Hirſutum, 181.
Gramen Cyperoides, 127, 185.
Gramen Cyperoides ſpicatum, 185.
Gramen Cyperoides paniculatum ſ Cyperus, 187.
Gramen Junceum, 127, 184.
Gramen Parnaſſi, 111.
Gramen tomentoſum ſ. Juncus Bombycinus, 127, 184.
Gramen triglochin, 127.
Graminifolia paluſtris, 14.
Granadilla ſ. Murucuja, 71.
Gratiola, 90.
Groſſularia, 145.
Guajacum Patavinum, 155.
Guajava, 144.

H.

Hæmanthus Africanus *Herm.* 193.
Halimus, 23.
Harmala, 192.
Hedera, 145.
Hedera terreſtris, 65.
Hedera trifolia Canadenſis ſ. Toxicodendron *Tourn.* 158.
Hedyſarum, 106.
Helenium, 33.
Helianthemum ſ. Chamæciſtus, 109.
Heliotropium, 57.
Heliotropium tricoccon, Ricinoides *Tourn.* 21.
Helleborine, 121.
Helleborus albus, 77.
Helleborus niger, 77.
Helleborus ferulaceus, 69.
Hemionitis, 11.
Hepatica trifolia, 68.
Herba Paris, 74.
Herba venti Monſpelienſium, 59.
Herniaria, 24.
Heſperis, 95.
Hieracium, 30.
Hieracium Falcatum, 31.
Hieracium Stellatum, ſ. Rhagadiolus *Caſalp.* 31.
Hippocaſtanum *Tourn.* 194.
Hippuris ſaxea, 4.
Hordeum, 125.
Horminum, 62.
Hyacynthus, 115.
Hyacynthus Stellaris, 119.
Hydrocotyle *Tourn.* ſ. Cotyledon aquatica, 128.
Hydrophyllon *Morini*, 85.
Hyoſcyamus, 81.
Hyoſeris *Tab.* 31.
Hypecoon, 129.
Hypericon, 109.
Hypogloſſum, 73.
Hyſſopifolia ſ. Hyſſopoides, 110.
Hyſſopus, 59.

I.

Jacea, 40.
Jacea echinata ſ. Calcitrapa, 42.
Jacea muricata, 42.
Jacobæa, 33.
Jalapium, 45.
Jasminum, 154.
Ibiſcus, 87, 88.
Ilex, 140.
Imperatoria, 48, 51.
Jonthlaſpi *F. Col.* ſ. Lunaria peltata *J. B.* 99.
Iris, 116.
Iſatis ſ. Glaſtum, 99.

Juglans,

Juglans, 140.
Juncus, 127, 183.
Juncus Bombycinus, 127, 184.
Juncus caulibus foliosis ſ. Gramen junceum. 184.
Juncus floridus ſ. Butomus, 78.
Juniperus, 141.
Juſala Zeylanenſium, 14.

K.

Kali, 24.
Kali Floridum. *F. Col.* 194.
Kali Geniculatum, 14.
Kalu-Tali *Hort. Mal.* Dipetalos Indica ſterilis, 93.
Kathou-Theka-Maravara *Hort. Mal.* Paraſitica Indica bulbifera, 15.
Katu-Schena *Hort. Mal.* Ari foliis Malabariça polyphyllos, 14.
Kattu-Valli *Hort. Mal.* Convolvulus anadendras flore carens, 15.
Keiri ſ. Leucoium luteum, 94.
Ketmia, 89.
Knawel, 24.
Kondam-Pallu *Hort. Mal.* Dipetalos ſiliquoſa foliis ex adverſo binis, 93.
Kurka *Hort. Mal.* 14.

L.

Laburnum, 163.
Lachryma Jobi, 126.
Lactuca, 29.
Lagopus, 107.
Lamium, 63.
Lamii foliis Indica flore vidua, Perim-Munja *Hort. Mal.* 14.
Lampſana, 31.
Lapathum, 21.
Lapathum Chinenſe *Munt.* ſ. Rhabarbarum lanuginoſum, 112.
Lappa major ſ. Bardana major, 41.
Larix, 138.
Laſerpitium, 48.
Lathyrus, 103.
Lathyrus ſylveſtris, 103.
Lathyrus Viciæformis ſ. Clymenum *Tourn.* 103.
Lavendula, 59.
Laureola, 152.
Lauro-Ceraſus, 150.
Laurus, 157.
Laurus Alexandrina, 73.
Laurus Tinus, 147.
Ledum ſ. Balſamum Alpinum, 159.
Lens, 104.
Lens paluſtris, 14.
Lentiſcus, 139.
Leontopetalon, 129.
Leonurus, 64, 190.
Lepidium, 98.
Leucanthemum *Tourn.* ſ. Bellis major, 36.
Leucoium, 94.
Leucoium Alyſſoides Clypeatum ſ. Lunaria, 95.
Leucoium bulboſum, 120.
Leucoium luteum ſ. Keiri, 94.
Leviſticum, 50.
Libanotis Cachryophora ſ. Cachrys, 48.
Lichen, 4, 7.
Liguſtrum, 154.
Lilac ſ. Syringa cærulea, 158.
Liliasphodelus, 116.
Liliaſtrum, 118.
Lilio-Hyacynthus *Tourn.* 118.
Lilio-Narciſſus, 120.
Lilium, 118.
Lilium Convallium, 73.
Limodoron Auſtriacum *Cluſ.* 121.

Limonia malus. 153.
Limonio congener *Cluſ.* ſ. Sarracena *Tourn.* 130.
Limonium, 44.
Linaria, 90.
Linariæ accedens, 90.
Linaria adulterina, 45.
Linaria aurea *Tragi* ſ. Coma Aurea, 189.
Linaria Scoparia, 23.
Linum, 112.
Linum umbilicatum ſ. Omphalodes *Tourn.* 57.
Lithodendron, 3.
Lithoſpermum, 56.
Lolium, 126.
Lonchitis, 12.
Lotus, 108.
Lotus arbor, 150.
Lunaria, 95.
Lunaria ſ. Thlaſpi biſcutatum, 98.
Lunaria botrytis, 13.
Lunaria peltata *J. B.* 99.
Lunaria radiata *Robini*, 106.
Lupinus, 104.
Lupulus, 18.
Luteola, 112.
Lychnis, 109.
Lycium, 195.
Lycoperſicon ſ. Pomum amoris, 74.
Lycopodium ſ. Sabina ſylveſtris *Tragi*, 2, 7.
Lycopordon, 5.
Lyſimachia lutea, 84.
Lyſimachia purpurea, 110.
Lyſimachia ſiliquoſa, 100.
Lyſimachia Virginiana lutea, 100.

M.

Macaleb, 150.
Majorana, 61.
Malva, 86.
Malva Betonicæ folio, 88.
Malus, 143.
Malus Adami, 153.
Malum inſanum ſ. Melongena, 74.
Mambu arundo, 135.
Mandaru Valli ſ. Nagavalli *Hort. Mal.* 15.
Mandragora, 74.
Manja-Kua *Hort. Mal.* 123.
Manjella-Kua *Hort. Mal.* 123.
Mareta-Inali *Hort. Mal.* Convolvulus anadendras flore carens, 15.
Marrubiaſtrum *Tourn.* 63.
Marrubium, 63.
Marrubium aquaticum, 61.
Marrubium nigrum ſ. Ballote, 64.
Martagon, 118.
Marum, 60.
Matricaria, 37.
Mayz ſ Frumentum Indicum, 125.
Medica, 108.
Medicago *Tourn.* 108.
Medium ſ. Viola Mariana, 82.
Melampyrum, 91.
Melianthos *Herm.* 192.
Melilotus, 107.
Meliſſa, 65.
Melo, 70.
Melocactos, 194.
Melochia ſ. Corchorus, 111.
Melongena ſ. Malum inſanum, 74.
Melo-Pepo, 70.
Menianthes ſ. Trifolium paludoſum, 84.
Mentha, 61.
Mentha Cataria ſ. Nepeta, 62.
Mercurialis, 20.
Merulius Fungus, 5.
Meſpilus, 143.

Meſpi-

Mespilus fructu Sorbiformi foliis laciniatis, 143.
Mespilus fructu Sorbiformi foliis integris, 143.
Meum, 50.
Milium, 125.
Milium Indicum f. Sorgum, 126.
Millefolium, 36.
Millefolium Galericulatum. 92.
Mimosa f. Aeschinomene, 161.
Mirabilis Peruviana, 45.
Modira-Valli *Hort. Mal.* Parasiticus frutex Indicus spinosus, 15.
Moldavica Melissa, 64.
Mollugo, 54.
Molucca, 64.
Moly, 120.
Monophyllon, 73.
Morsus gallinæ minor, 83.
Morsus Ranæ, 128.
Morus, 141, 194.
Moschata Nux, 149.
Moschatellina, 75.
Murucuja f. Granadilla, 71.
Muscari *Tourn.* 116.
Muscus, 3, 4, 6, 7.
Muscus marinus, 4.
Muscus marinus lapideus, 3.
Muscus terrestris, 7.
Myagrum, 97.
Myagrum monospermon, 99.
Myosotis *Tourn.* 110.
Myrrhis sativa, 50.
Myrrhis sylvestris nodosa, 49.
Myrrhis semine striato, 49.
Myrtus, 146.
Myxa f. Sebesten, 150.

N.

Napus, 96.
Naga-Valli *Hort. Mal.* Clematitis Indica folio bifido flore fructuque carens, 15.
Naga f. Naja-Mu-Valli *Hort. Mal.* Clematitis Indica folio bifido, flore fructuque carens arbores transcendens, 15.
Narcissus, 116.
Narcisso-Leucoium *Tourn.* f. Leucoium bulbosum, 120.
Nasturtium, 98.
Narcissus gemino folio *Ferrar.* f. Hæmanthus Afr. *Herm.* 193.
Narcissus Serpentarius *F. Col.* 193.
Nasturtium aquaticum f. Sisymbrium, 96.
Nasturtium Verrucosum f. Coronopus *Ruellii*, 98.
Nasturtium Indicum f. Acriviola, 131.
Nelam-Mari *Hort. Mal.* Bifolia humirepa floribus dipetalis, 93.
Neli-Pu *Hort. Mal.* Aphyllos aquatica volubilis flore dipetalo, 93.
Nemorosa, 190.
Nepa *Theoph.* Genista spinosa, 162.
Nepeta f. Mentha Cataria, 62.
Nerion f. Oleander, 160, 196.
Nicotiana, 81.
Nidus avis, 121.
Nigella, 111.
Nigella foliis Fæniculi, 192.
Nigellastrum *Magnol*, 192.
Noli me tangere, 113.
Nummularia, 84.
Nymphæa, 128.
Nymphæa flore fimbriato, f. Nymphoides *Tourn.* 75, 191.

O.

Ochrus, 103.

Ocimum ſ. Baſilicum, 62.
Odontites *Tab.* & *Rivin.* 91.
Oenanthe, 51.
Olea, 150.
Oleander ſ. Nerion, 160.
Omphalodes *Tourn.* ſ. Linum umbilicatum, 57.
Onobrychis, 105.
Ophioglossum, 14.
Ophris ſ. Bifolium, 121.
Opuntia ſ. Tuna, 144.
Orchis, 121.
Oreoſelinum ſ. Apium montanum, 48.
Origanum, 61.
Ornithogalum, 119.
Ornithopodium, 106.
Orobanche, 92.
Orobus, 104.
Orobus Herbariorum ſ. Ervum, 104.
Oryza, 125.
Osmunda ſ. Filix florida, 12.
Oxyacantha, 143.
Oxycoccos ſ. Vitis Idæa paluſtris, 75.
Oxys ſ. Trifolium acetoſum, 86.

P.

Paco-Seroca Braſilienſibus *Marcgr.* ſ. Zingiber ſylveſtre majus *Sloan.* 123.
Padus *Theophr.* ſ. Ceraſus avium, 150.
Pæonia, 77.
Paliurus, 158.
Palma, 135.
Panax Heracleum, 47.
Panicum, 125.
Papaver, 100.
Papaver Spinoſum, 191.
Paralyſis ſ. Primula veris, 83.
Paraſitica Indica bulbifera-ſterilis, Kathou-Theca Maravara *Hort. Mal.* 15.
Paraſitica Indica radice tuberoſa, Wellia-Theca-Maravara *Hort. Mal.* 15.
Paraſiticus frutex Aurantiæ foliis, Ana-Parva *Hort. Mal.* 15.
Paraſiticus frutex Indicus ſpinoſus, Modira-Valli *Hort. Mal.* 15.
Paraſiticus frutex Indicus foliis latioribus, Valli-Modagam *Hort. Mal.* 15.
Parietaria, 23.
Paronychia Hiſpanica *Cluſ.* 24.
Paſſerina *Tragi*, 45.
Paſtinaca aquatica ſ. Sium, 51.
Paſtinaca latifolia, 47.
Paſtinaca tenuifolia ſ. Carota, 52.
Paſtinaca marina ſ. Crithmum ſpinoſum, 53.
Pecten Veneris ſ. Scandix, 49.
Pedicularis, 91.
Pelecinus ſ. Lunaria radiata *Robini*, 106.
Pentaphylloides, 68.
Pentaphyllum, 68.
Pepo, 70.
Percepier, 23.
Perfoliata, 53.
Periclymenum, 145.
Perim-Munia *Hort. Mal.* Lamii foliis Indica flore vidua, 14.
Periploca *Tourn.* 78.
Perſica Malus, 149.
Perſicaria, 21.
Petaſites, 34.
Peucedanum, 48.
Pezicæ *Plin.* 5.
Phalangium, 118.
Phalaris, 126.
Phalloides Fungus, 5.
Phaſeolus, 107.

Phellan-

Phellandryum ſ. Cicutaria paluſtris, 52.
Philadelphus *Athenai* ſ. Syringa alba, 158.
Phillyrea, 152.
Phlomis, 58.
Phyllitis, 11.
Phytolacca *Tourn.* ſ. Solanum racemoſum Americanum, 73.
Pimpinella ſanguiſorba, 26, 45.
Pimpinella ſaxifraga, 51.
Pinea Indica ſ. Ananas, 129.
Pinguicula, 90.
Pinus, 138.
Piper Indicum ſ. Capſicum, 74.
Piper longum Occidentale ſ. Saururus *Plumier.* 14.
Piper longum Orientale, 130.
Piper odoratum Jamaicenſe, 146. 195.
Piper vulgare rotundum. 130.
Piſum, 103.
Piſum cordatum ſ. Veſicarium, 193.
Piſtacia, 139.
Planta humilis ſ. Mimoſa. 161.
Plantaginella paluſtris, 112.
Plantago, 26, 100.
Plantago aquatica, 67.
Plantago aquatica ſtellata, 78.
Platanus, 140.
Polium, 60.
Polygala, 92.
Polygonatum, 73.
Polygonum, 22.
Polygonum Bacciferum ſ. Uva marina, 196.
Polygonum candicans, 24.
Polypodium, 12.
Pomum amoris ſ. Lycoperſicon, 74.
Pomum majale ſ. Anapodophyllon *Morini*, 74.
Populus, 140.
Porrum, 139.
Portulaca, 111.
Porus, 3.
Potamogeiton, 22.
Potamogeitoni affinis, 14.
Primula veris ſ. Paralyſis, 83.
Prunella, 62.
Prunus, 149.
Pſeudo-Acacia ſ. Acacia Americana, 164.
Pſeudo-Dictamnus, 65.
Pſeudo-Helleborus Ranunculoides *Bobart*, 77.
Pſyllium, 26, 100.
Ptarmica, 36.
Pulegium, 61.
Pulmonaria Gallorum, 30.
Pulmonaria maculoſa, 56.
Pulſatilla, 69.
Punica malus, 143.
Pyracantha, 143.
Pyrethrum, 189.
Pyrola, 112.
Pyrola Alſines flore ſ. Alſinanthemos, 85.
Pyrus, 143.

Q.

Quamoclit, 191.
Quercus, 140.

R.

Ranunculus, 67.
Ranunculus globoſus, 78.
Rapa, 95.
Raphaniſtrum, 96.
Raphanus, 96.
Raphanus aquaticus, 97.
Raphanus ruſticanus, 97.
Rapiſtrum, 96.
Rapiſtrum monoſpermon, 99.
Rapunculus corniculatus, 82.
Rapunculus galeatus ſ. Flos Cardi-

Cardinalis, 82.
Rapuntium *Tourn.* 82.
Reseda, 112.
Rhabarbarum lanuginosum s. Lapathum Chinense *Muntingii*, 112.
Rhagadiolus s. Hieracium stellatum, 31.
Rhamnus, 152.
Rhamnus Catharticus, 155.
Rhus, 159.
Ribes, 155.
Ricinoides *Tourn.* 21.
Ricinus, 20.
Rosa, 144.
Rosmarinus, 59.
Ros solis s. Rorella, 112.
Rubia cynanchica, 55.
Rubia quadrifolia, 55.
Rubia spicata, 55.
Rubia Tinctorum s. Erythrodanum, 54.
Rubus, 156.
Ruscus, 73.
Ruta, 100.
Ruta muraria, 13.

S.

Sabina, 138.
Sabina baccifera s. Cedrus Lycia, 141.
Sabina sylvestris *Tragi*, Lycopodium, 7.
Sagitta, 67.
Salix, 141.
Salvia, 58.
Salvia fruticosa lutea s. Phlomis, 58.
Sambucus, 145.
Sambucus aquatica, 147.
Samolus *Valerandi*, 84.
Sanicula mas, 53.
Sanicula montana, 111.
Santolina s. Abrotanum fæmina, 38.
Sapindus *Plumier* & *Tourn.* 151.
Saponaria arbor s. Sapindus, 151.
Sarracena *Tourn.* 130.
Sassafras, 147.
Satureia, 59.
Saururus *Plumierii*, 14.
Saxifraga, 111.
Saxifraga aurea, 25.
Scabiosa, 43.
Scandix s. Pecten-Veneris, 49.
Schænolaguros *J. B.* 127, 184.
Scilla, 193.
Sclarea, 62.
Scolopendria s. Asplenium, 13.
Scolymus s. Carduus Chrysanthemos, 31.
Scordium, 66.
Scorodonia, 60. 66.
Scorpioides Bupleuri folio, 106.
Scorpioides Portulacæ folio, 106.
Scorzonera, 30.
Scrophularia, 89.
Scutellaria s. Cassida, 65.
Sebesten s. Myxa, 150.
Secacul s. Pastinaca marina, 53.
Secale, 125.
Securidaca, 105.
Sedum majus, 76.
Sedum minus, 76.
Sedum serratum, 111.
Selinum Sii foliis, 51.
Sempervivum s. Sedum majus, 76.
Sena, 160.
Senecio, 34.
Serpentaria s. Dracontium, 75.
Serpyllum, 60.
Serratula, 40.
Sesamum, 90.
Seseli Aethiopicum frutex, 53.

Seseli

Seseli pratense, 52.
Sicyoides *Tourn.* 71.
Sideritis, 63.
Sideritis spicata, 62.
Siler montanum, 51.
Siliqua s. Ceratonia, 160.
Siliqua sylvestris s. Arbor Judæ, 162.
Siliquosa Indica floribus labiatis dipetalis, Cara-Caniram *Hort. Mal.* 93.
Sinapi, 96.
Sinapistrum *Herm.* 100.
Sisarum, 51.
Sisymbrium s. Nasturtium aquaticum. 96.
Sisyrinchium, 117.
Sium s. Pastinaca aquatica. 51.
Smilax aspera, 72.
Smyrnium, 51.
Soda s. Kali, 24.
Solanum, 74.
Solanum Halicacabum s. Alkekengi. 74.
Solanum lethale s. Bella donna, 74.
Solanum racemosum Americanum s. Phytolacca *Tourn.* 73.
Soldanella alpina, 82.
Solidago Sarracenica, 33.
Sonchus, 29.
Sorbus, 143.
Sorbus torminalis, 143.
Sorgum s. Milium Indicum, 126.
Sparganium, 127.
Spartium, 162.
Speculum Veneris, 82.
Spergula, 110.
Sphondylium, 47.
Spinachia, 19.
Spiræa *Theophr.* 158.
Spongia, 4.
Stachys, 63.
Staphylodendron, 157.
Staphisagria, 79
Stæchas, 59.
Stæchas citrina s. Elichrysum, 34.
Statice *Lugd.* 190.
Stellaria aquatica, 93.
Strammonium, 81.
Stratiotes, 129.
Stratiotes Aegiptia, 129.
Styrax, 156.
Suber, 140.
Sylibum, 42.
Symphytum, 57.
Syringa cærulea s. Lilac, 158.
Syringa alba s. Philadelphus *Athenai*, 158.

T.

Tamarindus, 161.
Tamariscus, 158.
Tanacetum, 38.
Taxus, 141.
Tecomaxochitl Mexicanor. 90.
Telephium, 76.
Telephium *Imperati*, 109.
Telephium Scorpioides s. Scorpioides Portulacæ folio, 106.
Terebinthus, 139.
Teucrium, 60.
Thalictrum, 130.
Thapsia, 48.
Thea, 159.
Theka-Mara-Vara *Hort. Mal.* Parasitica Indica flore fructuque carens, 15.
Thlaspi, 98.
Thlaspi Alysson, 98.
Thlaspi biscutatum s. Lunaria s. Thlaspidium *Tourn.* 98.
Thuris limpidi folium *J. B.* 130.
Thymbra, 59.

Thyme-

Thymelæa, 152, 195.
Thymum, 60.
Thymus legitimus *Diosc.* 60.
Thysselinum, 48.
Tilia, 157.
Tithymalus, 100.
Tordylium, 47.
Tormentilla, 67.
Toxicodendron *Tourn.* s. Hedera trifolia Canadensis, 158.
Trachelium umbellatum *Pona*, 82.
Tragacantha, 106.
Tragopogon, 30.
Tragoriganum, 60.
Tribulus aquaticus, 128.
Tribulus terrestris, 130.
Trichomanes, 13.
Trifolium acetosum s. Oxys, 86.
Trifolium Ornithopodii siliquis, 108.
Trifolium paludosum s. Menianthes, 84.
Trifolium siliquosum, 107.
Trifolium spicatum monospermum, 107.
Trifolium spinosum Creticum s. Fagonia *Tourn.* 192.
Triticum, 125.
Tsiana-Kua *Hort. Mal.* 123.
Tsjem-Cumulu *Hort. Mal.* Aphyllos Indica flore dipetalo, 93.
Tuber terræ, 5.
Tulipa, 119.
Tulipa Capensis s. Hæmanthus Africanus, 193.
Tuna s. Opuntia, 144.
Turritis, 95.
Tussilago, 33.
Typha, 127.

V.

Vagnillas Hispanorum s. Volubilis siliquosa, 129.
Valeriana, 44.
Valeriana Græca, 85.
Valerianella, 44.
Valerianoides quorundam, 195
Valli-Modagam *Hort. Mal.* Parasiticus frutex flore fructuque carens, 15.
Verbascum, 85.
Verbena, 61.
Veronica, 83.
Viburnum, 147.
Vicia, 103.
Viola, 112.
Viola aquatica, 85.
Viola Lunaria, 95.
Viola Mariana s. Medium, 82.
Virga aurea, 33.
Viscus, 152.
Visnaga s. Gingidium, 52.
Vitex, 158.
Vitis, 155.
Vitis Idæa, 145.
Vitis Idæa palustris s. Oxycoccos, 75.
Ulmus, 159.
Umbilicus Veneris s. Cotyledon, 76.
Volubilis siliquosa s. Vagnillas Hispanorum, 129.
Urtica, 19.
Urtica aculeata s. Cannabis spuria, 63.
Uva marina s. Polygonum Bacciferum, 196.
Uva Ursi, 156.

W.

Wellia - Theka - Maravara *Hort. Mal.* Parasitica Indica

dica radice tuberosâ, 15.

X.

Xanthium ſ. Bardana minor, 20.
Xeranthemum, 36.
Xiphion *Tourn.* ſ. Iris bulboſa, 117.
Xylon ſ. Goſſipium, 89.
Xyloſteum *Tourn.* 145.

Y.

Yuca, 193.

Z.

Zacyntha ſ. Cichorium Verrucarium, 30, 31.
Zea ſ. Briza, 125.
Zedoaria, 122.
Zerumbeth *Garciæ ab Horto* ſ. Zingiber latifol. 122.
Zingiber, 122.
Zingiber latifolium ſylveſtre ſ. Zerumbeth *Garciæ ab Horto*, 122.
Zingiber ſylveſtre majus *Sloan.* ſ. Pacoſeroca *Mareg.* 123.
Ziziphus, 149.

Nominum

NOMINUM PLANTARUM,

Nominum quorundam, Plantarum,

Quorum in hoc Opusculo mentio facta non est,

EXPOSITIO

PER SYNONYMA.

Abelmosch. Altheæ Indicæ species, 89.
Acarna THEOPHR. Cardui species, 40.
Acanthioides COL. Ad Carlinam referenda, 36.
Achillea DOD. Millefolium, 36.
Achillea MATTH. Tanacetum, 38.
Actæa PLIN. Christophoriana, 73.
Aethiopica Mala DOD. Poma amoris, 74.
Agnus Castus. Vitex, 158.
Ajuga. Chamæpitys, 65.
Aizoon. Sedum, 76.
Album Olus DOD. Lactuca agnina, quæ Valerianellæ species, 44.
Alabastrites LOB. Dentaria, 94.
Alectorolophos. Pedicularis, 91.
Alkanna. Ligustrum, 154.
Alleluja. Oxys, 86.
Allium Virginianum C. B. app. Ephemerum, 118.
Alopecuros. Gramen Alopecuroides, 173.
Alyssoides TOURN. Refertur ad Myagrum, 97.
Alysson GAL. Refertur ad Marrubium, 63.
Amaracus. Majorana, 61.
Amelanchier LOB. Spectat ad Mespilum sylvestrem fol. integris, 143.
Ampeloprasum. Allii species, 120.
Anacampseros J. B. Telephium, 76.
Anacardium. Ad Cajous refertur, 151.
Anguria. Citrullus, 70.
Anserina s. Argentina. Pentaphylloidis species, 68.
Anthemis. Chamæmelum. 37.
Anthora. Aconiti species, 79.
Apios. Tithymali species, 100.
Arachydna THEOPHR. Spectat ad Lathyrum. 103.
Aralia TOURN. Angelica Baccifera, 73.
Arctium DIOSC. Lappa major, 41.
Argemone. Papaveris species, 100.
Argentina. Pentaphylloidis species, 68.
Armoracia. Raphanus, 97.
Arthanita. Cyclamen, 121.
Arturus creticus PONÆ. Refertur ad Blattariam, 85.
Ascalonitis. Cepæ species, 119.
Asterisci TOURN. Referri potest ad Chrysanthemum, 36.
Avellana Nux. Corylus, 140.
Avicularia. Speculum veneris, 82.
Azarolus CÆSALP. Aronia, 143.

Balaustia.

B.

Balaustia. Punica Malus, 143.
Bamia. Alcea Indica, 89.
Barbarea. Sisymbrium, 96.
Batis, Baticula Crithmum marinum, 190.
Becabunga. Refertur ad Veronicam, 83.
Bechium DIOSC. Tussilago. 33.
Beidalsar ALPIN. Apocyni species, 78.
Belveder Italor. Linaria scoparia. Bliti sylv. species, 23.
Benedicta GESN. Caryophyllata, 68.
Bidens CÆSALP. Cannabina aquatica. 37.
Bisermas CAMER. Sclareæ species, 62.
Bislingua. Hypoglossum, 73.
Boletus TOURN. Fungus Merulius, 5.
Bombax. Xylon. 89.
Bonus Henricus. Ad Blitum sylvestre referenda, 23.
Botrys. Bliti sylvestris species, 23.
Branca Ursina. Acanthus, 92.
Brassica marina s. Soldanella. Convolvuli species, 81.
Buccinum DOD. Delphinium, 79.
Bulbocodium THEOPHR. Narcissi species, 116.
Buphthalmum. Referri potest ad Chrysanthemum, 36.

C.

Calamus Aromaticus officin. Acorus, 127.
Calathiana Viola. Gentianæ species, 81.
Camelina DOD. Myagrum, 97.
Campoides RIVIN. Scorpioides Bupleuri folio, 106.
Cantabrica PLIN. Convolvuli species, 81.
Capillus Veneris. Quibusdam Ruta muraria, aliis Adiantum, 13.
Capnoides TOURN. Fumaria siliquosæ species. 130.
Capnos. Fumaria, 130.
Caput Gallinaceum Belgarum. Onobrychis, 105.
Cardamindum TOURN. Acriviola s. Nasturtium Indicum, 131.
Cardispermum TAB. Pisum cordatum, 193.
Carduus fullonum. Dipsacus, 43.
Carduus Chrysanthemos. Scolymus, 31.
Cataputia. Tithymali species, 100.
Cedronella GESN. Moldavica Melissa, 64.
Celastrus THEOPHR. Ad Alaternum refertur, 154.
Centumnodia. Polygonum, 22.
Cepæa. Sedi species, 76.
Cervicaria. Campanula, 82.
Chamacyparissus. Santolina, 38.
Chamædaphne. Laureola, 152.
Chamaneriou. Lysimachia siliquosa, 100.
Chamæsice. Tithymali species, 100.
Chamæriphes. Palmæ species, 135.
Charantia DOD. Balsamina mas, 79.
Chrysocome. Elichrysi species, 34.
Chrysosplenium TAB. Saxifra-

ga aurea, 25.
Cineraria. Jacobææ species, 33.
Citrago GESN. Melissa, 65.
Cneoron MATTH. Thymelææ species, 152.
Cneoron album DALECH. Convolvuli species, 81.
Coccigria. Cotinus, 158.
Coccenilea Arbor. Cotinus, 158.
Cochleata RIVIN. Medicæ species, 108.
Colubrina. Bistorta, 22.
Columbina. Aquilegia, 79.
Consolida major. Symphytum, 57.
Consolida media. Bugula, 65.
Consolida minor. Bellis minor. 37.
Consolida Regalis. Delphinium. 79.
Corona Solis. TAB. Flos Solis, 36.
Cornu Cervinum LOB. Coronopus, 26, 100.
Corydalis. Fumariæ species, 130.
Corruda. Asparagi species, 75.
Cotonea Malus. Cydonia Malus, 143.
Cotula fœtida. Ad Chamæmelum referenda, 37.
Crassula. Telephium, 76.
Cratægus TOURN. Mespilus sylvestris, 143.
Crista Galli. Pedicularis, 91.
Cymbalaria. Linariæ species, 90.
Cynocrambe. Mercurialis species, 20.
Cynorrhodos. Rosæ species, 144.
Cynosbatos. Rosæ species, 144.

D.

Damasonium LUGD. Plantago aquatica stellata, 78.
Datura. Strammonium, 81.
Daucus officin. Pastinaca tenuifolia, 52.
Diapensia. Sanicula mas, 53.
Diospyros GESN. Mespili sylvestris species, 143.
Dipcadi. Hyacynthus racemosus, 116.
Donax. Arundinis species, 177.
Dorycnium IMPERATI. Convolvuli species, 81.
Dracunculus C. B. Dracontium, 75.
Drymopogon TAB. Barba Capri, 77.
Dulcamara. Solani species, 74.

E.

Ebulus. Sambuci species, 145.
Echinophora F. COL. Caucalis, 53.
Elaphoboscum DIOSC. Pastinaca latifolia, 47.
Empetrum TOURN. Erica Baccifera, 139.
Enula Campana. Helenium, 33.
Ephedra TOURN. Polygonum Bacciferum, 195.
Epithymum. Cuscuta Thymo se circumvolvens, 83.
Erigeron. Senecio, 34.
Ervilia. Ochrus, 103.
Esculus. Quercus species, 140.
Esula. Tithymali species, 100.
Euphorbium. Refertur ad Tithymalum, 100.

F.

Faba inversa. Telephium, 76.
Fabaria. Telephium, 76.
Fagotriticum. Fegopyron, 21.
Falcata RIVIN. Medicago, 106.
Farfara. Tussilago, 33.
Ficaria. Chelidonium minus, 68.
Filago DOD. Gnaphalium. 34.

G.

Glaucium TOURN. Papaver corniculatum, 100.
Granata Malus. Punica Malus, 143.
Guaiacana J. B, Guaiacum Patavinum, 155.

H.

Halicacabus. Alkekengi, 74.
Hastula Regia. Asphodelus, 116.
Hedypnois TOURN. Hieracium falcatum, 31.
Hemerocallis. Lilii species, 118.
Hipposelinum. Smyrnium, 51.
Hippuris. Equisetum, 20.
Hirundinaria. Asclepias, 78.
Holosteum. Ad Plantaginem referendum, 26, 100.
Holosteum RUELLII. Ad Lychnidem spectat, 109.
Hydropiper. Persicariæ species, 21.

I.

Iberis. Ad Lepidium referenda, 98.
Impatiens RIVIN. Balsamina lutea s. Noli me tangere, 113.
Intybus. Endivia, 31.
Ischas. Tithymali species, 100.
Iva moschata. Ad Chamæpityn refertur, 65.
Juiube. Ziziphus, 149.
Juncago TOURN. Gramen Triglochyn, 121.

L.

Labrum Veneris. Dipsacus, 27, 43.
Lactuca Agnina. Valerianellæ species, 44.
Ladanum segetum. Plerisque Sideritidis, at *Tourn.* Galeopsidis species censetur, 62, 63.
Lagopodium TAB. Anthyllis leguminosa, 105.
Lantana. Viburnum, 147.
Lappa minor. Xanthium, 20.
Lappula Canaria. Caucalis, 53.
Lathyris. Tithymali species, 100.
Lathyrus sylv. min. C. B. Catanance leguminosa, 105.
Lauro-taxa. Plin. COL. Lauri Alexandrinæ species, 73.
Ledum. Cisti species, 109.
Lentago CÆSALP. Laurus Tinus, 147.
Lentibularia GESN. Millefolium palustre galericulatum, 92.
Leucographis PLIN. s. *Carduus Maria.* Silybum, Cardui species, 42.
Leuconarcissolirium LOB. Leucoium bulbosum, 120.
Linagrostis TAB. Gramen tomentosum, 127.
Lingua Cervina. Phyllitis, 11.
Locusta GESN. Lactuca Agnina, Valerianellæ species, 44.
Luiula. Oxys, 86.
Lycopsis. Echii species, 56.

Lycopus TOURN. Marrubium aquaticum, 61.
Lysimachia corniculata. Lysimachia Virginiana lutea, 100.

M.

Magistrantia. Imperatoria, 48, 51.
Malacoides TOURN. Malva Betonicæ folio, 88.
Mala Aethiopica DOD. Solani species, 74.
Mastic Gallorum. Marum, 60.
Matrisylva. Asperula, 55.
Meleagris. Fritillaria, 119.
Melanthium. Nigella, 111.
Mezereum Germanicum. Ad Thymelæam spectat, 152.
Militaris Aizoides. Stratiotes, 129.
Mitella TOURN. Cortusa Americana, 84.
Molybdæna. Dentellaria, 44.
Momordica. Balsamina mas, 70.
Morsus Diaboli. Succisa, quæ refertur ad Scabiosam, 43.
Muscipula. Lychnidis species, 109.
Myrica. Tamariscus, 158.
Myrtacantha. Ruscus, 73.
Myrtillus. Vitis Idæa, 145.

N.

Napellus. Aconiti species, 79.
Nardus Celtica. Valeriana, 44.
Nardus Indica. Ad Cyperum videtur referenda, 187.
Nardus sylvestris. Asarum, 25.
Natrix PLIN. Anonis, 107.
Nelumbo TOURN. Faba Aegiptiaca, 128.
Nenuphar. Nymphæa, 128.
Nigellastrum DOD. Lychnidis species, 109.
Nil Arabum. Convolvulus, 81.
Nissolia TOURN. Catanance leguminosa, 105.
Nux Vesicaria. Staphylodendron, 157.

O.

Ocymoides. Lychnidis species, 109.
Odorata RIVIN. Myrrhis sativa, 50.
Olus atrum. Smyrnium, 51.
Olus Judaicum. Corchorus, 111.
Onagra TOURN. Lysimachia Virginiana lutea, 100.
Onopordon. Cardui species, 40.
Opulus RUELLII. Sambucus aquatica, 147.
Ornus. Aliis sorbi aliis Fraxini species, aliis Carpinus habetur,
Orvala. Sclarea, 62.
Ostrya. Carpinus. 140.
Osyris Austriaca. Linaria aurea *Tragi* f. Coma aurea, 189.
Osyris frutescens. Casia Poetica LOB. 147.
Osyris DOD. Linaria scoparia *C. B.* 23.
Otites TAB. Lychnidis species, 109.
Oxalis. Acetosa, 21.
Oxymyrsine, Ruscus, 73.

P.

Palma Christi. Ricinus, 20.
Palma Christi. Orchidis species,

species, 121.
Panaces κάρτιμον. CORNUT. Angelica Baccifera, 73.
Pancratium. Narcissi species, 116.
Panis Porcinus. Cyclamen, 121.
Parnassia TOURN. Gramen Parnassi, 111.
Paronychia fol. rutaceis LOB. Saxifragæ species, 111.
Parthenium. Matricaria, 37.
Passiflora. Granadilla, 71.
Peplu & Peplus. Tithymali species, 100.
Personata. Lappa major. 41.
Pervinca TRAG. Clematis Daphnoides, 79.
Pes Anserinus. Bliti sylvestris species, 23.
Pes Columbinus. Geranii species, 111.
Pes Leonis. Alchymilla, 23.
Petroselinum. Apium, 52.
Philanthropos PLIN. Aparine, 57.
Phthora s. Thora. Ranunculi species, 67.
Phu. Valeriana, 44.
Phylica THEOPHR. Alaternus, 154.
Phyllon testiculatum & spicatum. Spectat ad Mercurialem, 20.
Phyteuma. Resedæ species, 112.
Picea. Abies, 138.
Piperitis. Lepidium, 98.
Pistolochia. Aristolochiæ species, 89.
Pityusa. Tithymali species, 100.
Plumbago CLUS. Dentellaria, 44.
Pneumonanthe. Gentianæ species, 81.
Podagraria LOB. Ad Angelicam refertur, 51.
Polemonium TOURN. Valeriana Græca, 85.
Polytrichum Offic. Trichomanes, 13.
Populago TAB. Caltha palustris, 78.
Potentilla s. Argentina. spectat ad Pentaphylloiden, 68.
Ptarmica Austriaca CLUS. Xeranthemum, 36.
Pyramidalis. Campanula, 82.

Q.

Quinquefolium. Pentaphyllum, 68.

R.

Radix Cava. Fumariæ species, 130.
Resta Bovis. Anonis, 107.
Rhaponticum ALPIN. Lapathi species, 21.
Rhaponticum Helenii folio. Centaurii majoris species, 40.
Rhododaphne Nerion, 160, 196.
Rhododendron. Nerion, 160, 196.
Robur. Quercus, 140.
Rosa Hierichuntina. Thlaspios species, 98.
Rubeola TOURN. Rubia spicata, 55.
Rumex. Lapathum, 21.
Ruta Canina. Scrophulariæ species, 89.
Ruta Capraria. Galega, 192.
Ruta pratensis. Thalictrum, 130.

S.

Sabdariffa. Alcea Indica s. Ketmia, 89.

Salicaria TOURN. Lysimachia purpurea spicata, 110.
Salicornia DOD. Kali geniculatum, 14.
Salvia fatua. Phlomis, 58.
Salvia vitæ LOB. Ruta muraria, 13.
Salzaparilla. Ad Smilacem asperam pertinet, 72.
Sampsuchus C. B. Marum vulgare, 60.
Sampsuchus LOB. Maiorana, 61.
Sanamunda. Ad Thymelæam refertur, 152, 195.
Sanguisorba. Pimpinella sanguisorba, 26, 45.
Sanicula famina. Astrantia, 53.
Saponaria Herba. Lychnidis species, 109.
Sassifica Italor. Tragopogon, 30.
Satyrium. Ad Orchidem spectat, 121.
Scammonea. Convolvuli species, 81.
Scariola. Cichorii species, 31.
Scirpus. Juncus, 127, 183.
Scorpius. Genista spinosa, 162.
Sesamoides magnum. Aliis Resedæ, aliis Lychnidis, aliis Hellebori nigri species.
Sesamoides parvum MATTH. Catanance quorundam, 31.
Sigillum Salomonis. Polygonatum, 73.
Siliquastrum. Piper Indicum, 74.
Siliquastrum TOURN. Siliqua sylvestris, 162.
Soldanella. Convolvuli species, 81.
Sophia Chirurgorum. Ad Sisymbrium refertur, 96.
Spatula fatida, s. Xyris. Iridis species, 116.
Spica Nardi. Vide Nardus.
Squamaria RIVIN. Dentaria aphyllos, 92.
Spelta. Zea s. Briza, 125.
Split. Fumariæ species, 130.
Staphylinus. Pastinaca tenuifolia, 52.
Stoebe. Ad Jaceam referenda, 40.
Succisa. Scabiosæ species, 43.
Sumach. Rhus, 159.
Superba LOB. Caryophylli species, 109.
Sycomorus. Ficus species, 165.

T.

Tabacum. Nicotiana, 81.
Tagetes J. B. Flos Africanus, 36.
Tamnus TOURN. Bryonia nigra, 72.
Taraxacon. Dens Leonis, 30.
Terra crepola. Sonchi species, 29.
Terra glandes LOB. Lathyri species, 103.
Tetrahit. Sideritidis species, 63.
Tetragonia. Euonymus, 155.
Thuya THEOPH. Arbor vitæ, 138.
Tinus CLUS. Laurus Tinus, 147.
Tota Bona s. Bonus Henricus. Bliti sylvestris species, 23.
Trachelium. Campanula hirsuta, 82.
Tragos. Kali, 24.
Tragos. Uva marina, 196.
Trasi. Cyperus, 127, 187.
Tribuloides TOURN. Tribulus aquaticus, 128.
Tripolium. Asteris species, 33.
Trissago. Chamædrys, 60.

Triticum Vaccinum. Melampyrum, 91.
Trollius flos GESN. Ranunculus globosus, 78.
Turbith. Ad Convolvulum spectat, 81.

V.

Vaccaria. Lychnidis species, 109.
Vaccinium. Vitis Idæa, 145.
Veratrum TOURN. Helleborus albus, 77.
Verbasculum. Paralysis, 83.
Vesicaria RIVIN. Pisum cordatum, 193.
Victorialu. Allii species, 120.
Vinca pervinca. Clematis Daphnoides, 79.
Vincetoxicum. Asclepias, 78.
Viola matronalis, Hesperis, 95.
Viorna. Clematidis species, 69.
Virga Pastoris. Dipsacus, 43.
Virga sanguinea. Corni species, 147.
Viscago. Lychnidis species, 109.
Vitis alba. Bryonia alba, 72.
Vitis nigra. Bryonia nigra, 72.
Ulmaria. Barba Capri, 77.
Unedo. Arbutus, 155.
Unifolium. Monophyllon, 73.
Urtica mortua. Lamium, 63.
Utrinque Serrata RIVIN. Pelecinus, 106.
Uva crispa. Grossularia, 145.
Vulneraria rustica J. B. Anthyllis leguminosa, 105.
Vulvaria. Bliti sylvestr. species, 23.
Xyris s. spatula fatida. Iridis species, 116.

F I N I S.

Books written by Mr. John Ray, *Fellow of the* Royal Society; *and sold by* Sam. Smith, *and* Benj. Walford, *at the* Prince's Arms, *in St.* Paul's *Church-yard,* London.

Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam nascentium 8. *Cantab.* 1660.

Appendix ad prædictum Catalogum, continens Emendanda & Addenda, 8. *Cantab.* 1663.

Catalogus Plantarum Angliæ & Insularum adjacentium. 8. *Lond.* 1670. & 1677.

Fasciculus Stirpium Britannicarum post editum Catalogum Plantarum Angliæ à nobis & ab Amicis Observatarum. 8. *Londini* 1688.

A Collection of *English*, and other Proverbs. 8. *Cambridge* 1672, & 1678.

Observations Topographical, Moral, and Physiological, made in a Journey thro several Parts of *Europe.* 8. *Lond.* 1673.

Catalogus Stirpium in exteris regionibus à nobis observatarum. 8. *Londini* 1673.

Dictio-

Dictionariolum Trilingue secundùm Locos communes, *&c. Londini*, 8. 1672, 1689, 1696.

A Collection of unusual or local *English* Words, with an Account of preparing our *English* Metals and Minerals. *London*, Twelves, 1674, & 1691.

Francisci Willoughbeii Ornithologia cum Figuris. Recognovit, digessit, supplevit *Joannes Raius*, *Londini*, Fol. 1676.

The same Ornithology much enlarged in *English*, *London*, 1678.

Methodus Plantarum nova cum Tabulis, 8. *Lond.* 1682.

Historia Plantarum generalis. *Lond.* Fol 1686. & 1688, 2 voll.

Francisci Willughbeii Historia Piscium cum Figuris. Recognovit, digessit, supplevit *Joannes Raius*. *Oxon*, in Folio, 1686.

Synopsis Methodica Stirpium Britannicarum, in qua tum Notæ Generum Characteristicæ traduntur, tum Species singulæ breviter describuntur: Cum Indice & virium Epitome. *Londini*, 8. 1690.

Eadem Synopsis multis Stirpibus & Observationibus curiosis passim insertis, cum Muscorum Methodo & Historia plenior, additis centum circiter speciebus totidemque Muscorum & Fungorum auctior. *Lond.* 1696.

Synopsis Methodica Animalium Quadrupedum & Serpentini Generis. *Londini*, 8. 1693.

Three Physico-Theological Discourses, concerning. 1. The Primitive Chaos, and Creation of the World. 2. The General Deluge, its Causes and Effects. 3. The Dissolution of the World, and future Conflagration. With Practical Inferences therefrom. *London*, 8. 1693.

Stirpium Europæarum extra Britannias nascentium Sylloge. *Londini*, 8. 1694.

Epistola ad D. *Rivinum* de Methodo Plantarum. 8. 1696.

Dissertatio de variis Plantarum Methodis. 8. *Londini* 1696.

The Wisdom of God manifested in the Works of the Creation. In Two Parts. The First treats more briefly of the Heavenly Bodies, Elements, Meteors, Fossils, Vegetables, Animals, (Beasts, Birds, Fishes, and Insects.) The Second more particularly and fully. Of the Body of the whole Earth, its Figure, Motion, and Consistency. 2. Of the Bodies of Men, and other Animals, their admirable Structure, and the use of their several Parts; as also, of their Manner of Generation. *London* 1701.

A Persuasive to a Holy Life, from the Happiness that attends it, both in this World, and that which is to come. 8. 1700.

Joannis Rajj Societatis Regiæ Socii, Methodus Plantarum emendata & aucta. Accedit Methodus Graminum, Juncorum & Cyperorum Specialis. Eodem Auctore. *Lond.* 8 1703.

Historiæ Plantarum Tomus Tertius, seu Præcedentium duorum Supplementum. *Sub prælo.*

F I N I S.

Lon-

n Ac-
don,

ovit,

678.

voll.
gno-

Notæ
eviter
690.
riosis
ore,
Fun-

ntini

The
neral
orld,
rom.

loge.

5.
tion.
y Bo-
easts.
and
, and
their
so, of

ds it,

arum
um &

duo-

Biblioteka Jagiellońska
stdr0030747

DA Hermagoras/ St. Marci Jünger / das Evangelium die Gegend Aquilä predigte/hat er Syrum/ dasselbe gleichfalls zu predigen/gen Papiam geschicket / wo er neben einer grossen Menge Volcks/ die er zu Christo bekehret/ viel andere grosse Wunder gethan. Einen Juden / der aus vermessener Bosheit sich das Hochwürdige Sacrament zu empfangen unterstanden/doch aus Straff GOttes dasselbe weder verschlingen/weder auswerffen kunte / und solches ihn hefftig mehr / als ein Feuer brennen thäte / hat er die H. Hostia aus dem Mund genommen / und ihn neben viel andern Juden / Krafft solcher Wunderthat / durch den Tauf gereiniget/und zu Christen gemacht. Einen Stummen hat er die Sprach/einem Blinden von Mutterleib das Gesicht/vielen Krancken die Gesundheit geben. Die Teuffel hat er ausgetrieben/ künfftige Ding vorgesagt/ nnd nachdem er viel Mühe und Arbeit im Weinberg des HErrn ausgestanden/ist er zu demselben / den ewigen Lohn einzunehmen / seelig von dieser Welt abgefahren im Jahr 82. seines Alters. Ex Sur. apud Har.

Gebeth.

WIr bitten dich/O HErr! erhöre unser Gebeth/welches wir heut am Tag des Heil. Bischoffs und Beichtigers Syri vor dir außgiessen; und wie er dir zu dienen würdig gewest/ also wollest uns durch seine Verdienst und kräfftige Fürbitt von allen Sünden befreyen.

Durch Christum rc.

S. Sirus Bischoff, 12. Septem.

Giebe Achtung/damit du nicht mit den Juden am Leib und Blut Christi schuldig werdest. Dann sie haben ihn getödtet/du aber nach so vlel Gutthaten / empfangest ihn mit einer unreinen Seel. S. Chrysost.

Fleissige Vorbereitung zu der H. Communion.

Für die/so unwürdig communiciren.